quidem inde a partu eius usque ad eius in templum adventum tres anni; et in templo mansit annos undecim et tres menses, dominoque Christo gravida erat novem menses; eratque cum Christo domino cum in terra viveret, triginta tres annos, et post eius in coelos ascensum annos undecim, estque summa quinquaginta novem anni, haud aliter. Speramus deprecationem apud filium eius dilectum ad liberandas animas nostras in saecula saeculorum. Amen. Transtulit eam humilis Iosephus, filius Khalil Hannah, Deus scribentem legentem audientemque omnem misericordia sua complectatur, et dixit: amen.

ثلاث سنين واقامت فى الهيكل احد عشر سنةً وثلاث اشهر حبلها بالسيد المسيح تسعة اشهر وقامت مع السيد المسيح فى مدّة تصرّفه على الارض ثلاث وثلاثون سنة وبعد سعود السيّد الى السماء احد عشر سنة وكان جملة تسعة وخمسين سنةً لا غير نرجوا الشفعة عند ابنها الحبيب فى خلاص نفسينا الى ابد الابدين امين نقلها الحقير يوسف ولد خليل حنا الله يرحم الكاتب والقارى وكلّمن يسمع a وقال امين

a) لمن

migrarem, qui procul dubio a te postulabitur, quoque gaudebit quicunque videbit, et nomen Dei collaudabit et meum quoque nomen licet indignae. Teque edoceo, extremo tempore adversa et mala hominibus fore, et pugnam et famem et terrorem fore ob multitudinem peccatorum quae homines committant et caritatem paucam et calamitates terrae multas fore, nec nisi qui se ipse odit seque in mundo contemnit, servabitur et qui bona quae apud Deum sunt, desiderat, quique in caritatem misericordiamque credit et in bono faciendo pro virili laborat, et iram creatoris sui timet. Multaque miracula e coelo et in terra videbuntur. Tum veniet filius aeternus, unicus, natus ante omnia saecula ex patre, venietque tempore novissimo Bethlehem, nec arbitror, eum fidem bonam aut pulcram in hominibus esse inventurum. Et me 'fili mi' honorifice appellabat, dixique: o mater mea, salus sit tibi et quocunque oculi tui convertuntur et nuntius pervenit; et spero deprecationem intercessionemque tuam; libera mundum ab his curis, et viam iustitiae et caritatis ingredientur, nec deerit amor eius Adam eiusque generi, quos manu sua creavit, avertaturque ab eis inimicus eorum malignus misericordia eius. Et dixit domina fiat hoc. Amen. Eratque summa annorum quos vixit domina genitrix Dei, virgo, in terra anni quinquaginta novem, et

كلّ من نظر فيه ويسبح اسم الله من اجله ويذكر
اسمي الغير مستحق لهذا واعلمك ان يكون فى اخر
الزمان شدايد واحزان على الناس ويكون قتالٌ وجوعٌ
وفزع من اجل كثرة الخطايا تعملها الناس وتقلّ[a] المحبّة
وتكثر بلايا الارض ولا يخلص الا[b] من بغض
نفسه وحقرها فى الدنيا ورغب فيما
عند الله من الخيرات وكان معتقد
فى المحبّة والرحمة وصنع الخير حسب
طاقته خايف من سخط خالقه ويرى
عجايبًا عظيمة من السماء وعلى الارض
عند ذلك ياتى الابن الازلى الوحيد المولود
من الاب قبل كلّ الدهور ويأتى فى اخر الازمان الى بيت لحم
فاظنّه لا يجد امانةً جيدة ولا حسنة مع الناس ويعزّ
علّى يا ابنى فقلت يا امى طوباك وما نظرت عيناكى
اليه وما وصل[a] الخبر[b] اليه وارجوا صلاتك وشفاعتك تخلص
العالم من هذا الاحزان ويمشون فى طريق الصلاح
والمحبّة وان لا يضيع محبّة لادم وذريته خلقة يديه ويصرف
عنهم عدوهم المطغى برحمته فقالت السيّدة يكون
ذلك امين وكانت جملة سنين حياة السيدة
والدة الاله العذرى على الارض تسعة وخمسين
سنة فمن مولدها الى قدومها للهيكل

---

a) وتثقل b) Cod. om. c) وصلت d) الخبر

migrationis eius ex hoc mundo, et quo miracula facta sunt, et tempus quo fructus arborum maturescunt. Statueruntque, cum offerretur munus, ut vespere simila ad ecclesiam deferretur et sacerdotes super ea precarentur, donec opus eius perficeretur, et dixerunt: profecto constituimus ritus baptizatorum de sacrificiis quae sunt in manibus eorum, ut repetere eos opus non sit eis qui nec in te nec in sanctam Mariam, genitricem tuam credunt; et misericordia tua bona eis parasti, qui ita credunt. Perfice nobis et nostris propter auditum sermonis tui gaudium et propter quae electis atque dilectis tuis parasti quae nec oculus vidit nec auris audivit nec mens hominis cepit. Et suscipe preces nostras pro omni grege nostro quem ad nos congregasti, ne quid ex eis pereat eosque in praesidium tuum recipe neve iudica, intercessione dominae et omnium sanctorum deprecatione. Amen. Cumque beati sancti orationes et preces suas loco sancto peregissent, ecce dominus Christus eis apparuit, dicens: gaudete, nam quidquid rogaveritis, dabitur id vobis omni tempore, et desiderium vestrum coram patre vestro coelesti perficietur. Et edocuit me domina, Ioannem qui praedico sermonem Domini, hac re indignum, omnia quae ei monstravit Iesus Christus, mihique dixit: o fili mi: serva hunc sermonem eumque libris adde quos scripsisti et edidisti, antequam ex hoc mundo caduco

العالم وظهور العجايب وكمال(a) ثمرة الشجر ورسموا انا عمل القربان فيجاب السيد الى الكنيسة من عشية ويصلّون عليه الكهنة حتى يفرغ عمله وقالوا اننا رسمنا جميع سنن بنى المعمودية فى القرابين التى فى ايديهم فلن نحتاج نعيدها للذين لا يومنون بك ولا بمرتميم والدتك واعددتَ النعم برحمتك للذين امنوا كذلك تمّم لنا واهلنا لسماع صوتك الفرح ولما اعددته لاخيارك واحبّاءك الذى لا تراه عين ولا سمعت به اذن ولم يخطر على قلب بشرٍ واقبل صلاتنا فى كلّ رعيتنا التى شملتها الينا ليلا يهلك منها شى وتقيمهم بين يديك بلا دينونة بشفاعة السيّدة وصلوات القديسين امين فلما اكملوا القديسين المباركين كلامهم وصلواتهم فى الموضع المقدس فاذا السيد المسيح قد ظهر لهم وقال افرحوا فانّ جميع ما سالتموه فتعطوه فى كلّ حين ويتمّ هواكم قدام ابيكم السماوى فعرفتنى السيدة انا يوحنا المبشر بكلام السيد انا الغير مستحقّ لذلك بجميع ما اوراها السيّد يسوع المسيح وقالت يا ابنى احفظ هذا الكلام واضفه الى الاسفار التى كتبتها وظهرت قبل نقلتى من العالم الباطل فلا بدّ ان يطلب منك وينتفع به

---

a) لحال

cessit donec bursam ei ostendit; quam magna cum laetitia cepit et ad negotia sua abiit, Deum maximum laudans dominamque magnificans. Cumque discipuli haec miracula quae Romae aliasque patrata erant, acceepissent, Deum laudarunt magnamque laetitiam conceperunt, et res a Maria gestas et quae et viva et mortua fecerat, literis mandarunt, idque anno trecentesimo quadragesimo quinto Alexandri; facta sunt etiam in urbibus alia, quorum ad nos nuntius non pervenit; quae si conquirerentur et scriberentur, multi ea libri non capturi essent. Et discipuli dixerunt: volumus celebrare eius memoriam ter quotannis; scimus enim, omnes angelos cum gaudio ei inter fore, in eaque liberationem terrae. Constituerunt igitur, ut commemoratio eius celebraretur secundo post domini nativitatem die, ut locustae in terra occultae perirent, segetesque rusticorum prosperarentur, ut reges quoque eo servarentur nec esset inter eos bellum, etiamque decimo quinto die mensis Aiar propter coronam anni propter aves muscasque nigras, ne e terra prodirent segetesque corumperent, hominesque fame perirent, quia cum dominus irascitur, eos et terram eorum locustis concedit, quae temporis momento existunt; tum homines precibus et fletu ad loca sancta egrediuntur, Deumque humiliter orant, ut a diris se liberet. Itemque festum eius institutum est die decimo quinto mensis Ab, qui est dies

وقالت تعالى خلفى ولا تحزن وانّه مضا خلفها وهى قدامه حتى اورته كيسه فاخذه بفرح عظيم ومضا الى تجارته وهو يسبح الله العظيم ويعظم السيدة فلمّا قروا التلاميذ هذه العجايب التى ظهرت برومية وغيرها سبحوا الله وفرحوا فرحًا عظيمًا وكتبوا قصّة السيّدة وجميع ما ظهر منها فى حياتها وبعد نقلتها وذلك ان فى سنة ثلاث مائة وخمسة واربعين للاسكندر وقد ظهر ايضًا فى بلدان لم يصل الينا خبره ما لو فتش وكتب لم تسعه كُتُب كثيرة فقالوا التلاميذ نبغى ان نعمل لها ذكرانًا فى كلّ سنة ثلاث مرّات فانّنا نعلم ان جميع الملايكة يحضروه بفرح وفيه خلاص[a] الارض[b] فرسموا ان تجعل تذكرة فى كانون الاوّل ثانى الميلاد ليقتل الجراد المطمور فى الارض ويبارك زرع الاكارين ويخلص ايضًا الملوك به ولا يكون بينهم حرب وايضًا فى خمس عشر يوم من ايار من اجل اكليل السنة من اجل الطيار والزباب الاسود ليلا يخرج من الارض ويفسد الزرع وتهلك الناس من الجوع لانّ[c] الربّ اذا غضب يسلّط عليهم الجراد وعلى ارضهم فيخرج فى طرفة عين فيكونوا الناس يخرجون بالصلوات والبكى الى المواضع المشرفة ويتضرّعون الى الله ان يخلصهم من الشدايد وايضا تحصل لها تذكرة فى خمسة عشر يوم من اب وهو وقت نقلتها من هذا

---

a) من addit. b) Cod. addit مارا vel صارا vel حارا, nec enim certi quidquam legi potest. c) Ex traditione Mohammedis petita sunt, vid. Mâverdii pag. ٧٣.

submersus est. Itemque vir iam sedecim annis morbo laborans, multam pecuniam medicis dederat, nec utilitatem ceperat, ad quem cum nuntius de ea venisset, thus in ignem coniecit precatusque est dicens: o sancta Maria mater redemptoris, respice ad debilitatem meam meque isto morbo sana. Et statim ei apparuit et manum suam ei imposuit eumque tetigit, et morbo convaluit et coram hominibus ad ecclesiam properavit et nomen Dei laudavit dominaeque gratias egit. Itemque magna navis et hominibus plena, in mari fracta est, et omnes clamarunt dicentes: miserere nostri o domina Maria benedicta, eisque apparuit et salvos eos ad terram duxit. Itemque duabus mulieribus iter facientibus magnus draco e spelunca in qua erat, obviam venit et ad eas accessit, ut eas deglutiret; et ad Mariam clamarunt: serva nos, et statim eis apparuit domina, et draconem manu sua in ore percussit, et a capite usque ad aures diruptus est; mulieresque Deum laudantes abierunt. Itemque mercator mille denarios a quodam mutuatus est quibus ut merces emeret, abiit; cumque proficisceretur, crumena ei excidit nec id animadvertit, cumque multa millia passuum profectus esset, coepit vultum suum verberare capillosque evellere et plorare. Tum resipuit dixitque: o Maria succurre mihi; et apparuit ei et dixit: age sequere me neve moere, et is eam secutus est, eaque cum prae-

وايضًا امراة ارملة كان لها ابن صغير ذهب يتعلّق في بير فوقع فيه فصاحت الامراة وقالت يا مرتمريم اغيثيني وخلّصي ابني فترايت السيدة لوقتها واطلعت ابنها ولم يغرق وايضًا رجلًا به مرض منذ ستّة عشر سنة وقد انفق مالًا جزيلة على الاطبّاء ولم ينتفع بشي فلمّا بلغه خبرها وضع بخورًا على النار وصلّى وقال يا مرتمريم السيّدة والدة الخلاص انظرى الى ضعفى واشفينى من مرضى هذا فمن ساعته اريت له فوضعت يده عليه ومسحته فبرى من مرضه ومضا يمشى الى الكنيسة قدام الناس وهو يسبح اسم الله ويشكر السيّدة وايضًا انكسر مركب كبير في البحر مثقل من الناس فصاحوا كلّهم وقالوا ارحمينا ايّتها السيّدة مرتمريم المباركة فاريت لهم واخرجتهم الى البرّ سالمين وايضًا كانوا امراتين يمشيان في الطريق فيخرج اليهم تنين عظيم من مغارة كانت هناك ودنا منهما ليتبلعهما فصاحوا الى مرتمريم خلّصينا ومن ساعتها اريت لهم السيّدة ولطمت التنين على فمه بيدها فانشق من راسه الى ذنبه ومضين النسوة مسبحات الله وايضًا رجل تاجر اقترض من انسان الف دينار ومضا يشترى بها تجارة فبينما هو في الطريق سقط منه الملا ولم يعلم وحين سار اميال كثيرة فجعل يلطم وجهه وينتف[a] شعره ويبكي ثم استيقظ وقال يا مرتمريم اغيثيني فاريت له

---

a) ينتنف

eosque lenius tractaret, si quidem natura hominis debilis esset; id quod ei pollicitus est. Tum eam manu sumpsit et in paradisum sanctum splendidum cum omnibus sanctis iustis benedictis usque ad diem novissimum deduxit. Cumque sic essent, ecce literae ad Petrum, Paulum, Ioannem, ex urbibus eorum et a discipulis eorum Romae commorantibus perlatae sunt, quibus eos rogarunt, ut quidquid de rebus dominae Mariae benedictae audissent et vidissent, eis mandarent et Romae eos certiores facerent; et per eos miracula Mariae illis nuntiata sunt eamque apparuisse multis fide dignis; e quibus haec sunt. Erant in mari nonaginta duae naves; et ventus fluctusque magni in eos irruebant, navesque et qui in eis erant, interire videbantur; tum nautae dominam Mariam invocant, continuoque eis apparuit nec e navibus quidquam periit, et ventis comminata est, salvique perrexerunt. Item multi latrones viatores aggressi sunt, ut viam eis praeciderent eosque mercibus spoliarent, iique eam invocarunt, quae eis apparuit, et instar fulguris eos percussit, ut latrones occaecarentur, et viatores salvi perrexerunt et laetabundi Deum laudarunt. Itemque mulier vidua unicum filium habuit, qui cum abisset ad aquam hauriendam, in puteum incidit; tum mulier clamavit et dixit: o sancta Maria mihi succure et filium meum libera. Continuoque domina apparuit filiumque eius extraxit, nec

الانسان بسببه فوعدها بذلك ثم اخذ
بيدها ورقها الى الفردوس المنير مع جميع
القديسين الصالحين المباركين الى يوم
الاخير[a] فبينما هم كذلك[b] اذ وردت كتب
التى بطرس وبولس ويوحنا من بلادهم
ومن[c] عند تلاميذهم المقيمين برومية
يسالوهم ان يكتبوا لهم جميع ما
سمعوه وشاهدوه من امر مرتمريم المباركة
ويعرفوهم برومية وتصل بهم من العجايب
وانها اريت لكثير من الثقات فمن جملة
ذلك انه كان فى البحر اثنين وتسعين مركب
فقامت عليهم ريح وامواج عظيمة ودنت المراكب الى
الهلاك بمن فيها فاستغاثوا المؤمنة بالسيدة مرتمريم فمن
ساعتهم اريت لهم ولم ينكسر من المراكب شى وهدت
الارياح ومضوا سالمين وايضا خرج لصوص على قافلة كثيرة
ليقطعون عليهم الطريق وياخذون متاعهم فاستغاثوا بها
وانها ظهرت لهم وخرج عليهم شبه برق فعميوا
اللصوص وسارت القافلة سالمة وهم فرحين يسبحون الله

---

a) Inde ab hoc loco usque ad finem libelli incredibilis in codice confusio est, cuius etsi medicinam reperisse mihi videor, originem tamen vix aliter explicare possum, nisi quod ex locis in margine additis et male insertis orta sit. Scilicet post vocem الاخير sequitur locus pag. 102 lin. 17 فعرفتنى usque ad pag. 104. lin. 8. خالقه, dein pag. 102 lin. 6 للذين usque ad lin. 13 امين

b) لذلك c) من

in eis audiebantur, multique inter ista tabernacula stabant et istam gratiam videbant et laudabant. Et dixit domina: magister ac domine mi; quinam sunt illi stantes? tum ille: haec sunt tabernacula piorum iustorum, iique in eis habitant; et haec lux eorum apud me honorem indicat. Et die novissimo ad haec bona suscitabuntur et maiori fruentur gaudio quam isto, cum eorum animae ad corpora redierint, perpetuo ac sine fine. Et ecce regio alia, valde obscura, multusque ex ea fumus ascendebat, ideoque odor foetidus exiit sicut sulfuris, et deterior ignisque in ea ardebat et multi ibi stabant ad se conversi, qui flentes clamabant. Et domina dixit: domine ac Deus mi: quaenam sunt istae gentes in his tenebris et ignis ardore. Tum ille: haec est gehennae regio quae peccatoribus aperta ac parata est, iique ibi usque ad diem novissimum manebunt, cum redient animae eorum in corpora, per quae vehementem dolorem magnasque miserias percipient contritione et poenitentia eorum quae omiserunt, continuaque cogitatione sicut vermis qui nec dormit nec moritur, perpetuo dolentes atque ardentes, quia mandatis meis adversati, gratiamque meam aspernati, divinitatem meam negarunt. Cumque domina laudes iustorum audiret, valde gavisa est, visisque quae peccatoribus parata sunt, doluit dominumque rogavit, ut peccatorum misereretur

مرتفع وبواقين تصرخ فيها وجماعة قيام بين تلك المصلات يبصرون ذلك النعم ويسبحون فقالت السيدة ربى وسيدى من هم اولايك الوقوف فقال لها هذه مصلات الابرار الصالحين وهم وقوف فيها وهذا النور لكرامتهم عندى وفى يوم الاخير يحققوا لحث فى الخيرات ويتلذذون ª بها بفرح افضل من هذا اذا رجعت ارواحهم الى اجسادهم دايمًا لا زوال لها واذا سقع اخر مظلم جدًّا ودخان كثير يصعد منه ويخرج له رايحة منتنة مثل الكبريت واعظم ونارًا تلتهب فيه وخلق كثير قيام مقابلة وهم يبكون ويصيحون فقالت السيدة ربّى والاهى من هولاى القوم الذى فى تلك الظلمة والنار الملتهبة فقال لها هذا سقع جهنّم تنفتح وهى تعدّ للخطاة وهم قيام عندها الى اليوم الاخير اذا رجعت ارواحهم فى اجسادهم يتالّمون بها بحزن شديد وحسرات عظيمة بحرقة وندامة على ما فاتهم وفكر دايم مثل الدود الذى لا ينام فلا يموت متالّمين محترقين دايمًا لا زوال له عنهم ذلك بالعدل ان خالفوا وصاياى وكفروا بنعمتى ويتهاونوا بلاهوتى فامّا السيّدة فانها لمّا سمعت سبح الصالحين فرحت جدًّا ولمّا رات ما يعدّ للخطاة حزنت وطلبت الى السيّد ان يرحم الخطاة ويخفّف عنهم لانّ طبيعة

---

a) Sic legendum videtur, quamquam codicis scriptura est talis, ut pro certo nihil affirmare audeam.

namque portam ingressam Gabriel, Michael reliquique angeli adorarunt, decimamque portam ingressam omnia lumina cum stellis et sole et luna aliisque adorarunt, undecimamque portam ingressam adorarunt laudaruntque animae discipulorum patrum prophetarum electorum iustorumque, et duodecimam ingressa portam vidit ex se natum in multa luce in throno lucido sedentem, et magnitudini patris et filii et spiritus sancti inclinata est. Cum ad Hierosolymas supernas oculos convertisset, eiusque venerabilitatem et gravitatem, mens eius obstupuit, ut nihil eorum quae videbat, recte intelligeret; et dominus manum eius sumpsit, eique occulta gaudia et thesauros ecclesiae sanctae quae illuc pertinebant, multasque res ostendit, quas nec oculi aspicere nec aures audire nec lingua enarrare, nec hominum mentes capere possunt, paratas fidelibus qui magno cum gaudio die novissimo venient, quibus ea dabit et qui eis fruentur in omne aevum, nec eis excident. Tum ad creaturarum correptorem pervenit eique dixit: haec est habitatio Henoch, ubi precatur per omne tempus. Amen.

Caput sextum.

Tum domina vultum sustulit et vidit multos homines ambulantes et tabernacula innumerabilia, et inter bina tabernacula thuris odorem ascendentem, lituique

فسجدت قدامها النار ودخلت الى الباب الثامن فسجد لها المطر والنداء ودخلت الى الباب التاسع فسجد لها جبرايبل وميخاييل وساير الملايكة ودخلت الى الباب العاشر فسجد لها كل الانوار مع الكواكب والشمس والقمر وغير ذلك ودخلت الى الباب الحادى عشر فسجدت لها وسجدت وسجد بين يديها ارواح التلاميذ والاباء والانبياء والاخيار والصالحين ودخلت الى الباب الثانى عشر فنظرت المولود منها فى جملة النور جالس على كرسى من نور فسجدت لعظمة الاب والابن والروح القدس فلما نظرت الى اورشليم العليا وما عليها من الهيبة والوقار تاه عقلها حتى لم تحد شى مما رات على حقيقته واخذ السيد بيدها واوراها السراير الخفية وذخاير الكنيسة المقدسة المنسوبة اليه واشياء لا تستطيع الابصار النظر الى شى منها ولا الاذان السمع بها ولا النطق بخبرها ولم تخطر على قلب بشرى الذى هو معد للمومنين الذين يانون فى اليوم الأخر بالفرح يورثهم اياه وينتعمون به * الى ابد[a] الابدين لا زوال[b] له عنهم ثم ان مضى الى منتهى الخلايق وقال لها هاهذا مسكن اخنوخ حيث يصلى الى دهر الدهرين امين

السفر السادس

ثم ان السيدة رفعت نظرها فابصرت عالم كثير مضين ومتصلات ما بينهما عدد وبين المصلاة والاخرى بحور

a) الابد b) زول زوال

quae fecit in excelsis, rebus lucidis quae descriptione nulla possunt comprehendi et de rebus pulveris quae infra fecit, indole et loco definitis, quidquid fecit, sapienter fecit. Et dominus solem in porta coeli et alteram eius faciem in medio paradisi stare iussit, et dominus in curru igneo super solem assidebat. Viditque thesauros lucis, in quibus erant pruina, nives, grando, pluvia, ros, fulgur, tonitru quaeque his sunt similia. Vidit etiam angelorum catervas, alis expansis dicentium: sanctus, sanctus, sanctus dominus Sabaoth, et vidit duodecim septa lucis, in quibus duodecim portae cum custode. Et vidit magnam portam Hierosolymarum coelestium et super eam nomina iustorum Abrahae, Isaaci, Iacobi, Davidis omniumque inde ab Adamo usque ad reliquos prophetas. Et primam portam ingressae inclinati faustaque apprecati sunt angeli; alteramque portam ingressam preces Cherubim exceperunt; portamque tertiam ingressam preces Seraphim exceperunt. Quartamque portam ingressam myriades angelorum adorarunt; quintamque portam ingressam tonitru ac fulgur laudarunt; sextamque portam ingressae angeli acclamarunt: sanctus, sanctus, sanctus dominus Sabaoth, salus et gratia tibi sit, dominus tecum collaudata in mulieribus et collaudatus sit qui ex te natus est; septimamque portam ingressam lux laudavit; octavamque portam ingressam pluvia et ros adorarunt, no-

فوق هذه الارضية ورات امورًا عجيبة فسبحت الله لخالق على ما صنعه فى العلو من الاشياء النورانية التى لا يحدّ لها صفة وما صنعه فى السفل من الاشياء الحسنة المحدودة بصفة ومكان كلّ ما عمل فبحكمة ولنّ السيد امر الشمس فقامت فى باب السماء وراسها الاخر فى وسط الفردوس والسيد جالس على مركبة النور فوق الشمس ونظرت الى حزاين من نور فيها الجليد والثلج والبرد والمطر والنداء والبرق والرعد واشباه ذلك ونظرت الى اجناد الملايكة مبسوطين الاجنحة وهم قايلين قدوس قدوس قدوس الربّ الصاباووت ونظرت الى اثنى عشر حايط من نور فيها اثنى عشر باب منها حافظ ونظرت بابًا كبيرًا لبيت المقدس السماوية وعليها اسماء الصالحين ابراهيم واسحق ويعقوب وداوود وجميع الاباء من ادم الى ما دونه ودخلت الى الباب الاوّل فسجدوا لها الملايكة واعطوها الطوبا ودخلت الى الباب الثانى فلقيها صلوات الكاروبيم a ودخلت الى الباب الثالث فلقيها صلوات الشاروبيم ودخلت الى الباب الرابع فسجدت لها ربوات الملايكة ودخلت الى الباب الخامس فسبح قدامها الرعد والبرق ودخلت الى الباب السادس فصاحت الملايكة قدامها قدوس قدوس قدوس الربّ الصاباووت السلام والنعمة لك الربّ معك مباركة انتى فى النساء ومبارك المولود منك ودخلت الى الباب السابع

a) الشاروبيم

Caput quintum.

Maria vero cum in paradisum delata esset, dominus Iesus Christus venit et cum eo multitudo coelestium, nam paradisi fundamenta in terra sunt et septum eius ad coelum usque pertingit ex eoque fluvii quattuor profluunt, qui sunt Sihun, Iihun, Euphrates Tigrisque. Cumque diluvium in terra esset, dominus aquam ad paradisum ascendere non sivit. Tum dominae Mariae dixit: age conspice gloriam in quam elata es. Et surrexit ac vidit magnam gloriam, quam oculus hominis intueri non poterat, et ecce Henoch, Elias, Moyses, omnes prophetae ac patres reliquique apostoli legati et electi venerunt et dominum dominamque adorarunt, tum discesserunt. Tum dominus dominae dixit: vide bona quae piis paravi ac promisi. Tum oculis sublatis, ad sanctorum stationes conspexit lucidas pulcrasque; itemque consessus coronasque martyrum lucidas conspexit, qui pulcherrime ibi stabant, et ad arbores pulcras fragrantesque oculos convertit, et ex iis odores flabant, quos nemo bene describere potest. Et ex istis arboribus dominus sumsit et dominae dedit, ut e fructibus paradisi pulcris iucundisque ederet, eique dixit: age vide summos coelos. Et ascendit et coelum primum et secundum vidit, et ecce in tertio domus sancta coelestis super hac terrestri, et res mirabiles vidit et Deum creatorem laudavit de omnibus

السفر الخامس

واما السيّدة مرتمريم فلما وضعت فى الفردوس اتا السيد يسوع المسيح ومعه جماعة السماويين لانّ الفردوس اساسه فى الارض وحايطه الى السماء ويخرج منه اربع انهار وهم سيحان وجيحان والدجلة والفراة ولما كان الطوفان على الارض لم يترك الربّ الماء يصعد الى الفردوس فقال للسيّدة مرتمريم المباركة انهضى وانظرى السبح الذى صرنى اليه فقامت ونظرت الى سبح عظيم لا تستطيع عين احد من البشر النظر اليه واذا اخنوخ وايلياس وموسى وجميع الانبياء والاباء وساير الرسل والمختارين قد اتوا وسجدوا بين يدى الربّ وقدام السيدة واعتزلوا فقال السيد للسيدة انظرى الى الخيرات التى اعددتها للصالحين ووعدتهم بها a فرفعت عينها ثم نظرت الى مصلّات الصالحين من نور وهى بهية حسنة ونظرت الى مجالس الشهداء واكلّتهم من نور وهم قيام باحسن ما يكون ونظرت الى اشجار حسنة طيبة الرايحة ويفوح منها روايح لا يحسن احد يصفها وانّ السيد تناول من تلك الاشجار وناول السيدة لكى تاكل من اثمار الفردوس الفاخرة الشهية وقال لها اصعدى حتى تنظر الى السماوات العالية فطلعت ونظرت الى السماء الاوّلة والثانية واذا فى الثالثة بيت المقدس السماوية

---

a) به

puerunt valdeque mirati sunt, dicentes: fuimus hinc absentes, et dicimus Iudaeos abstulisse corpus et eo quod volebant, fecisse. Tum Thomas: nolite contristari, fratres mei; nam cum ex India nube venirem, vidi corpus sanctum una cum angelis magno triumpho, iique cum eo in coelum ascendebant, egoque clamabam ut ab ea benedicerer. Et domina me zona donavit, quam cum vidissent, Deum valde laudarunt, cavernamque saxo obstruxerunt et precati sunt. Et omnes in montem olivarum conscenderunt ibique substiterunt dixeruntque: o domine ac Deus noster Iesu Christe, sicut nos ex mundi plagis congregasti et conciliasti et magnitudinem tuam nobis ostendisti et nos per virginem benedictam benedixisti antequam ex hoc mundo caduco assumeretur, et sicut promisisti te nobis potestatem daturum esse, super aspidem et basilicum daemonesque malignos ambulandi, et nos in duodecim sedibus die iudicii collocatum iri, ut duodecim tribus Israel iudicaremus, benedic nobis. Tum domino inclinati sunt ab eoque benedictionem acceperunt et coepit unus quisque ex iis cantico celebrare omnia ad dominam spectantia complectente. Et ecce sonus ad eos venit, dicens eis: ad suum quisque vestrum locum redeat; subitoque e nube currus apparuerunt qui ad suam quemque ex eis urbem deferebant unde venerat; mortuos autem ad sepulcra sua.

فتحوا المغارة ودخلوا فلم يجدوا فيها شى فبهتوا لذلك وكثر تعجّبهم وقالوا كنّا غيبا من هاهنا قلنا انّ اليهود اخذوا الجسد وبلغوا فيه مرادهم فقال لهم توما لا تحزنوا يا اخوتى فانّى انا جاى على السحاب من الهند رايت الجسد المقدس مع الملايكة بتسبحة عظيمة وهم طالعين به الى السماء فصحت بحبّ ان تباركت منه وعطتنى السيّدة الزنار فلمّا راوا الزنار سبحوا الله كثيرًا وسدّوا المغارة بالحجارة وصلّوا وصعدوا باجمعهم الى طور زيتا وصلّوا وقالوا يا ربّنا والاهنا يسوع المسيح كما اهلتنا وجمعتنا من افاق الدنيا واريتنا عظمتك وتباركنا من العذرى المباركة والدتك قبل نقلتها من هذا العالم الزايل وكما وعدتنا واعطيتنا سلطان ان نطا الحيات والعقارب والشياطين المردة وان نجلس على اثنى عشر كرسى فى يوم الدينونة لندين اثنى عشر سبط اسرايبل فباركنا[a] فسجدوا للربّ وتباركوا منه واخذ كلّ واحد منهم تسبحة نجتمع ما كان من امر السيّدة واذا صوت قد اتاهم يقول لهم يرجع كلّ واحد منكم الى موضعه وللوقت ظهرت لهم مراكب من السحب وحملت كلّ واحد منهم الى بلده الذى[b] قدم منه والذى كان ميت الى قبره

---

a) Addidi de coniectura. b) والذى

et corpus dominae in humeris angelorum erat, clamavitque ut subsisterent ut ab ea benedictionem impetraret. Cumque apud socios qui in precibus perseverabant, esset, Petrus ei dixit: quid te Thoma, frater noster, prohibuit, quominus morti dominae, genitricis domini Christi interesses et multitudinem miraculorum tunc propter eam factorum cerneres, et te etiam benedictio eius effugit. Thomasque eis dixit: prohibuerunt me res Deo praestandae, quae nisi fuissent, adfuissem. Nam Spiritus Sanctus me aeque ac vos, certiorem fecit, cum gratiam Christi praedicarem, et Polodium filium sororis regiae baptizarem. Tum Thomas: sed ubi nunc corpus eius est? Tum illi: in hac caverna. Tum ille: ego ubi sit videre ab eaque benedici volo, ut vestrum sermonem affirmare possim. Tum discipuli: tu semper nostro sermoni diffidis, quemadmodum etiam tempore resurrectionis domini nostri diffidisti, donec te ipse id certiorem fecit et vestigia clavorum in manu sua et hastae in latere suo ostendit; tum exclamasti dicens: domine ac Deus mi. Tum Thomas: scitis me esse Thomam nec me quieturum nisi cum sepulcrum quo corpus dominae sepeliverunt, videro. Sin minus, non credam, quia tunc dicam, eam non occubuisse. Tum Petrus celeriter irateque surrexit, et discipuli cum eo lapidem aperuerunt et intrarunt nec in eo quidquam invenerunt, qua re obstu-

ايام يسمعون كل وقت صوت تسبحة عظيمة فبينما هم كذلك
اذ واذا توما احد التلاميذ على السحاب واذا جسد السيّدة
على اكتاف الملايكة فصاح حتى وقفوا وتبارك منه فلما صار مع
اصحابه وهم قيام يصلّون قال له بطرس ايش اخّرك يا اخانا توما
عن الحضور وقت وفاة السيّدة والدة السيّد المسيح والنظر
الى كثرة الاعاجيب التى ظهرت فى تلك الوقت من اجلها وفاتك
ان تتبارك منها فقال لهم توما اعاقنى اشبهاه
ادايها الله والا فقد كنت حضرت وروح القدس
فقد اهلتنى هكذا اهلتكم وكنت ابشر
بنعمة المسيح وانا اعمد[a] فلوديوس ابن اخت الملك ثم
قال لهم توما فاين الساعة جسدها قالوا له فى هذه المغارة فقال
له انا ايش فى ابصر واتبارك منها[b] حتى اصدّق قولكم وقالوا له
التلاميذ انت ابدًا مشكك[c] فى كلامنا كما
شككت فى وقت قيامة سيدنا المسيح حتى
اوقفك[d] عليه واراك اثر المسامير فى يده واثر الحربة
فى جنبه فناديت وقلت ربى والاهى فقال لهم توما
قد علمتم انى توما وانى لست اقنع دون انا ارى القبر الذى
دفنوا فيه جسد السيّدة والا فانى ليس اومن لانى اقول انا
انها لم تمت. فنهض بطرس مسرعًا مغتاضًا والتلاميذ معه

---

a) Haec pugnant cum iis quae pag. 33 leguntur. b) منه. c) Cod. prius مشتكك, ut videtur. d) Vide Dozy ad Ibn Badr. pag. 112, itemque ad Mâv. pag. 64.

auferam. Et creaturae cum laetitia responderunt dixeruntque: amen. Tum Petro discipulisque dixit: adest tempus; tum omnes cum angelis alta voce Deum laudabant et praedicabant, et multo fletu et verecundia magnaque devotione et pietate et gaudio thus iecerunt. Tum vultus dominae luce valde splendida micabat, et manibus extensis, omnibus benedixit; et dominus sanctam suam manum extendit animamque eius puram cepit quae ad thesauros patris perlata est. Et apparuit lux et odor et suffimentum quo iucundius in mundo non sentitur; et ecce vox e coelo dicens: ave felix, benedicta in mulieribus et celebrata. Et Ioannes discipulus manum suam extendit et oculos eius compressit Petrus, Paulus autem ulnas pedesque eius extendit; ascenditque dominus noster cum laudibus et catervis suis ad regnum suum aeternum. Et ad portam cavernae ubi erat corpus eius, lapidem posuerunt et circum eam in precibus manserunt. Et Spiritus Sanctus lumen magnum quod eos circumdaret, incendit, ita ut nec ab aliis nec inter se conspici possent. Et domina immaculata curribus igneis magno triumpho ad paradisum ferebatur. Tum nubes multitudinem ibi praesentem sustulit, et ad suum quisque locum rediit, nec quisnam remansit nisi discipuli qui triduum in precibus perseverabant, ita ut semper sonum magnae laudis audirent. Cumque ita essent, ecce Thomas, unus discipulorum, nube advenit,

فلا ازيلها عنهم بشفاعتك فاجابت الخلايق بفرح وقالت امين عند ذلك قالت لبطرس والتلاميذ قد حضر الوقت فاقروا فصرخوا اجمعين مع الملايكة بالتهليل والتسبيح لله وطرحوا البخور بالبكى العظيم والوقار والخضوع المتواضع والابتهال والفرح عند ذلك اشرق وجه السيدة بالنور العظيم البهى ومدّت يديها وباركت الجماعة ومدّ السيد يده المقدسة وقبض روحها الزكية وحملت الى خزاين الاب وظهر نور وطيب ورايحة لم يشمّ اطيب منها فى الدنيا واذا بصوت من السماء يقول طوباكى ايتها المباركة المغبوطة فى النساء ومدّ يوحنا التلاميذ يده وغمّضها بطرس وبولص بسط دراعيها ورجليها وصعد سيّدنا المسيح مع تسبحته واجناده الى ملكه الدايم وجعلوا على باب المغارة التى منها جسدها حجرًا وقاموا حولها بالقراة واذا الروح القدس قد اضت نورًا عظيمًا قد احاط بهم حتى لم يستطيعوا النظر اليه ولا الى بعضهم بعض وحملت السيدة الطاهرة على مراكب من نور الى الفردوس بالتسبحة العظيمة وجاات سحب فحملت الجمع الواقف الذى كان هناك ورجع كلّ احدٍ[a] الى موضعه ولم يبقى غير التلاميذ وقوف يصلّون ثلاثة

[a]) احدًا.

mundo, e quo egrederis, dixitque domina flens: o domine ac Deus mi, et magister mi Iesu Christe ex voluntate patris et auxilio Spiritus, unius divinitatis uniusque voluntatis qua coelum et terra quaeque in eis sunt, facta sunt, ego abs te peto, ut deprecationem meam pro servis tuis et filiis baptismi, iustis peccatoribusque suscipias, eisque gratiam tuam concedas. Suscipe qui tuo nomine congregantur, quique meo nomini munera offerunt et mea apud te intercessione in precibus, desideriis aerumnisque suis utuntur, ut ab omnibus curis liberentur et quod fide sua sperarunt, consequantur, et averte ab eis malum eius qui noxam inferre eis volet, sana eorum morbos, eorum adauge opes et liberos multiplica; et quidquid in hoc mundo suscipient, secunda, eisque denique in regno tuo faustam fortunam concede. Prohibe ab eis eorum inimicum, satanam malignum, roburque eorum prae infirmitate adauge, eosque gregem redde bonum pastoris mitis, clementis et misericordis, et quisquis me rogat meoque nomine auxilium quaerit, eius spem in hac atque altera vita imple; atque auxilium tuum conservet eos, sicut eis promisisti, tu, qui promissis stas misericordiaque abundas, cuius nomini gloria debetur per saecula. Amen. Et ei dominus dixit: sane facio, et fecit sicut ab eo petiit, eique dixit: acceptum a me est; misericordiamque et gratiam meam te deprecante ab eis non

صلّى على العالم الذى خرجتى منه فقالت السيّدة وهى تبكى يا ربّى والاهى وسيّدى يسوع المسيح بمسرّة الاب وموازرة الروح واللاهوت الواحد والمشيئة الواحدة الذى بها كانت السماوات والارض وما فيهم انا اطلب اليك ان تقبل شفاعتى فى عبيدك وبنى المعمودية a النصاحيين والخطاة وتنعم عليهم بفضلك واقبل المجتمعين على اسمك والذين يضعون على اسمى قرابين ويشفعون بى اليك فى صلواتهم وطلباتكم وشدايدهم فيخلصون من احزانهم ويعطوا ما يوملوه بايمانهم وتكفيهم شرّ من يريد لهم اذية وتشفى امراضهم وتبارك فى اموالهم وتكثر اولادهم وتهديهم الى الخير فيما يتقلبون فيه فى دنياهم وتجعل لهم حظًّا جزيلاً فى ملكوتك فى اخرتهم وامنع عنهم عدوهم الشيطان المارد واكثر قوتهم عن ضعفهم واجعلهم رعية زكية لراع رووف بارٍّ متحنّن وكلّ من يسأل ويستغيث باسمى تعطيه اماله فى دنياه واخرته وتكون معونتك معهم تحفظهم كما اودعتهم انّك الصادق الوعد كثير الرحمة التى لاسمك يستحقّ السبح الى الابد امين فقال لها السيّد قد فعلت وانّه فعل كما سالته وقال لها هو مقبول عندى ورحمتى ورافتى

a) المعموايه.

coelum ac terram stantes, Iesu Christi domini nostri adventum exspectabant. Et ecce duodecim currus angelorum, quorum numerus definiri non potest, in laude et gloria apparuerunt, tum apparuit Christus dominus noster in humanitate sua, in curru, circum quem Seraphim et Virtutes erant, donec ad dominam Mariam appropinquaret; omnesque coram eo creaturae inclinatae sunt. Tum dominus Mariae dixit: o Maria, toto orbe celebrata. Tum dixit: ecce ego hic sum, domine. Et dixit: surge et vide quae mihi a patre donata sunt. Et stetit intuens gloriam et lucem quam oculi adspicere non poterant, quaeque describi non potest. Et inclinata, dixit: o domine ac Deus mi pone manum tuam in me, tum extendit manum suam egregiam coniunctam et in ea posuit eique benedixit, et sumpsit manum eius et osculata est et super oculos suos posuit et flevit ac dixit: inclinor coram hac dextera, quae coelos ac terram creavit et quidquid in eis est, tibique gratias ago teque collaudo quia tu me hac hora, mihi aeque ac mundo coram te stanti cara, dignam existimasti. Tum dixit: o domine mi, sume me ad te. Et ei dixit: nunc eris in paradiso corpore quidem tuo usque ad diem resurrectionis, angelique tibi servient; sed spiritus tuus purus lucebit in regno, in habitationibus patris plenitudinis. Et discipuli accesserunt eique dixerunt: o mater lucis ora pro

اخنوخ والانبياء وايليا وموسى فقاموا بين السماء والارض على مراكب من نار ينظرون مجى سيّدنا يسوع المسيح واذا قد ظهر اثنى عشر مركبة من الملايكة لا يحصى[a] لهما عدد بالتسبحة والعظمة عند ذلك ظهر المسيح ربّنا بناسوته على مركبة الساروفيم والقوات حواليهم حتى قرب من السيّدة مرتمريم فسجدت له جميع الخلايق فقال السيّد لمرتمريم يا مريم المباركة على العالم فقال هاذا يا ربّ فقال قومى وانظرى ما قد اعطينى من الاب فقامت نظرت الى سبح ونور[b] لا تستطيع الاعين النظر اليه ولا يحد له صفة فسجدت وقالت يا سيّدى والاهى ضع يدك علىّ فبسط يده الملزمة الشريفة ووضعها عليها وباركها واخذت هى يده فقبلتها وجعلتها على عينيها وبكت وقالت اسجد لهذا اليمين التى خلقت السماوات والارض وما فيهم واشكرك واحمدك لانك جعلتنى اهلًا لمثل هذه الساعة الشريفة علىّ وعلى العالم الواقف بين يديك فقالت يا سيّدى خذنى اليك فقال لها تكونى من الآن فى الفردوس بجسدك الى يوم القيامة والملايكة يخدمونك وروحك الطاهرة تكون منيرةً بالملكوت فى مساكن ابى المتلية فتقدّموا التلاميذ وقالوا لها يا امّ النور

---

a) يحطى b) نورًا

eum venturum esse, ut coelum et terram quaeque in eis sunt, dissolveret et mundum iudicaret; itemque die Solis eum huc venturum esse una cum creaturis coelestibus ac terrestribus, alacriter eius laudes celebrantibus, ad animam genitricis suae immaculatae ex hoc mundo educendam. Idque probe sciebant et statim consolationem acceperunt. Cumque sic essent, ecce Eva, mater carnis et Anna, mater dominae et Elisabeth, mater Ioannis baptistae ad eam venerunt eamque exosculatae quae essent indicarunt. Et Anna mater eius dixit: o filia, laudatus sit Deus qui te elegit, ut locus gloriae eius esset. Et ex quo formari coepta esses in utero meo, sciebam, te fore benedictam electamque, Deumque coeli ac terrae in uterum tuum venturum esse, sicut in libris est. Et una quaeque ex eis prout cum maxime valebat, dixit et Deum laudabant. Tum gavisa eas salutavit. Dein Petrus eis dixit: iam ab ea recedite; video enim turbas patrum iam advenisse. Et ecce Adam, Seth, Sam, Noah, Abraham, Isaac, Iacob, Davidque ac reliqui patres et prophetae et sancti in nube advenerunt, et ad dominam intrarunt, et coram ea laudarunt eamque salutarunt et fausta apprecati sunt, et eos resalutavit; et prophetae se illi notos fecerunt per ea quae de ipsa praedicaverunt, et valde gavisa est. Veneruntque Enoch et prophetae, et Elias ac Moyses, et in curribus igneis inter

ويحلّ السماء والارض وجميع ما فيهم ويدين العالم وفي يوم الاحد يجي الى هاهنا ومعه جميع الخلايق السماويّين والارضيين يسجدون بين يديه اكرام لخروج نفس والدته الطاهرة من هذا العالم فايقنوا بذلك ومن الساعة تبرّوا[a] فبينما هم في ذلك اذا حوا ام البشر وحنا[b] والدة السيّدة واليشبع والدة يوحنا المعمدان فتقدّموا اليها وقبلوها وعرفوها بانفسهم وقالت حنا والدتها يا بنتي تبارك الله الذي اختارك لتكوني محلًّا لكرامته ومن وقت خلقتني في احشاي علمت انك مباركة منتخبة وانّ الاه السماوات والارض يجي في احشاكي كما في الكتب وتكلمت كلّ واحدة منهم بما عندها وسبحوا الله عند ذلك فرحت بهم وسلمت عليهم ثم انّ بطرس قال لهنّ ابتعدن عنها فانّي انظر الى اجناد الاباء قد اتوا واذا ادم وشيت وسام ونوح وابراهيم واسحق ويعقوب وداوود وساير الاباء والانبياء والقديسين على السحب قد وصلوا فدخلوا الى السيدة وسجدوا بين يديها وسلّموا عليها واعطوها الطوبا فردّت عليهم السلام وعرفوها بانفسهم الانبياء بما حكوا عنها ففرحت فرحًا عظيمًا وتقدّم

---

a) جنز b) نيبروا

dixit: praestantior est baculo Aaronis. Iudaique dixerunt: quid tibi, o vecors? quid tibi accidit? Discipuli crucifixi te deceperunt et cur? ut cum eis esses. Et erat ibi homo coecus, et Iuphia ad eum accessit, baculumque oculis eius admovit dixitque: nomine Dei crucifixi aperiantur oculi tui. Tum praesentes Deum laudarunt. Et quotiescunque eum ad aliquem morbo vel infirmitate vel laborantem admovebat, continuo sanabatur. Cumque Iudaei id viderent, mirati sunt, multique ex eis crediderunt, dicentes: sane haec res recte se habet, et haec vis coelestis est. Ideoque sacerdotes ira exarserunt, confundebanturque, ut homines terrore afficerent et ab isto removerent. Sed discipuli in imam vallem descenderunt, et ecce caverna, in quam dominam collocabant, quemadmodum eis mandavit Spiritus Sanctus, et in laudationibus perseverarunt. Cumque advesperasceret die altero, ecce Spiritus Sanctus discipulis dixit; die Solis mensis sexti Gabrielem angelum descendisse ad virginem, eamque salutasse eique praedixisse, quis ex ea nasceretur ad redimendum mundum; et eodem die Solis eam illum Bethlehem enixam esse, itemque die Solis Hierosolymitanos invitos, ut eum ramis celebrarent, venisse ac dixisse: benedictus qui venit in nomine domini, itemque die Solis eum a mortuis resurrexisse; itemque die Solis

اليهود ما لك يا مجلون وما اصابك اخدعوك تلاميذ المصلوب
ولماه[a] حتى صرت معهم وكان هناك رجلًا عمى فتقدّم
يوفيا اليه ووضع العصاة على عينيه وقال باسم المسيح المصلوب
تنفتح عيناك فانفتحت فسبح للحاضرين لله وكان كلّما وضعها
على من به علّة او مرض او عاهة من ساعته يبرأ فلمّا نظروا
اليهود الى ذلك عجبوا وامن منهم جمع
كثير وقالوا حقا ان هذا الامر صحيح وانّ
هذا قوة سماوية فاغتاضوا كهنة اليهود
من ذلك وبقيوا متحيّرين يهدّوا الناس
ويعكسوهم عن ذلك وماه[b] التلاميذ فصاروا
الى اسفل الوادى فاذا المغارة فجعلوا السيّدة
فيها كما امرتهم روح القدس ووقفوا يسجون
فلمّا كان صحية يوم الاخر اذا الروح القدس
يقول للتلاميذ ان فى يوم الاحد فى الشهر
السادس ارسل جبرايل الملاك الى العذرى
واعطاها السلام وبشرها بالمولود منها
لخلاص العالم وفى يوم الاحد ايضًا ولدتها فى
بيت لحم وفى يوم الاحد خرجوا اهل بيت
المقدس بغير هواهم يسجوه بالشعانين
وقالوا مبارك الاتى باسم الربّ وفى يوم الاحد
قام من بين الاموات وفى يوم الاحد يجى

a) واما. b) Pro واما dictum est.

miseremini mei o discipuli Christi redemptoris, eiusque miserti sunt et dixerunt: pete a domina Maria, cuius tu lecticam frangere voluisti et in vallem deiicere. Et clamare coepit ac dicere: o domina, o genitrix salutis lucidae, miserere mei. Tum Petro dixit: redde illi ulnas suas; et Petrus istas sumpsit et loco suo restituit dixitque: nomine Iesu Nazareni et deprecatione genitricis eius hae manus in locum suum redeant absque dolore; et sicut erant, redierunt, nec id ei quidquam nocuit. Tum baculum aridum ei dedit, dicens: vade nunc et Dei potentiam omnibus Iudaeis hoc baculo ostende, eosque edoce quanta sit eorum infirmitas et ignorantia, si cum Dei potentia et scientia comparantur, eisque expone quae Deus in te fecerit, et quantum tibi boni dederit, ut quisquis aderit, sciat rem nostram coelitus venisse a domino coeli ac terrae, nec eam ab hominibus esse, ut malas suas cogitationes abiiciant et foedum sensum, qui eis nunquam ignoscetur, sed quo peribunt; nec quod praeterea contra eam unumque e discipulis Christi decreverunt, perficient. Iuphia vero credidit oravitque, sumptoque baculo, ad Iudaeos revertit. Terrorque omnes qui aderant, propter Iuphiam pervasit, et redierunt. Cumque ad portam urbis evenisset, Iuphia portam urbis baculo percussit, et ecce baculus in manu eius viruit. Tum Deum laudavit ac

ويصيح الى التلاميذ ويقول ارحمونى يا تلاميذ المسيح المخلّص فرحموه وقالوا له اطلب من مرتمريم الذى اردت تكسر سريرها وترميها فى الوادى فجعل يصيح ويقول يا سيّدة يا والدة الخلاص المنير ارحمينى فقالت لبطرس رُدَّ عليه دراعيه فاخذ بطرس الدراعين وردّها الى موضعها وقال بسم يسوع الناصرى وشفاعة والدته ترجع هذه اليدين الى موضعها بغير الم فرجعت كما كانت ولم يضرّه شى ثم دفع اليه عصاةً يابسةً وقال له اذهب من الآن فاظهر قوة الله قدام جميع اليهود بهذه العصاة وعرفهم ضعفهم عند قوة الله وجهلهم عند حكمة الله وحَدِّثهم بالذى صنع الله بك وما تفضّل عليك ليعلم من حضر ان الامر الذى نحن فيه سماوىّ من مَلِك السماء والارض وليس هذا من الناس وليزيلوا عنهم الافكار الردية والفكر السمج الذى لا يصفح لهم وبه يهلكون فمّا يصلون الى باقى ضميرهم لها ولا * لاحد اصحاب[a] المسيح فاما[b] يوفيا فانّه امن وسجد واخذ العصاة ورجع صاعدًا الى اليهود واخذ الفزع كلّمن[c] حضر من يوفيا ورجعوا فلمّا وصلوا باب المدينة ضرب يوفيا بالعصاة على باب المدينة فاذا بالعصاة قد اورق فى يده فبارك الله وقال افضل من عصاة[d] هرون فقالوا

a) Cod. ككاحد اصاغر b) Cod. من addit. c) لمن
d) عصا

Romae et in urbibus per Mariam beatam facta sunt, scripto mandarunt.

Caput quartum.

Cumque mane esset die Veneris, Spiritus Sanctus discipulis dixit: age tollite immaculatam dominam Mariam eamque Hierosolymis auferte, et viam quae ad vallem Gethsemane nominatam ducit, ingredimini; nam ibi tres cavernae sunt, quarum altera alteram ingreditur ibique ex parte orientali locus arenosus est, ibique eam deponite et apud eam orate, donec vobis dicam. Tum facere instituerunt, sicut iussi sunt, dominamque portabant. Cumque Iudaei eos conspexissent, convenerunt dixeruntque viro e suis timido, qui Iuphia nominabatur: i cum eis, cumque progressi ad vallem accesserint, percute lecticam eorum, eamque in vallem coniice, nosque te sequemur cum ligno et igni eamque in valle comburemus. Ne isti praestigiatores credant, sese Hierosolymitanos superasse. Et eis obsecutus est et una cum eis migravit; cumque ad vallem appropinquarent, Iuphia accedens manus ad lecticam protendit, sed angelus gladio igneo eum percussit et eius ulnas abscidit in parte extrema, ita ut in lectica haererent. Tum in faciem procidit, et flere discipulosque obsecrare coepit ac dicere:

كانت تظهر فى رومية وفى البلدان من اجل مريم المباركة

السفر الرابع

فلمّا كان من الغد يوم الجمعة قال الروح القدس للتلاميذ انهضوا فاحملوا[a] مرتمريم الطاهرة وخرجوها من بيت المقدس ومضوا فى الطريق التى تنزل الى الوادى المعروف بالجثمانية فان[b] هناك ثلاث مغاير بعضهم دخل بعض وفى احداتهنّ دكّة من الشرق فداخلوها الى هناك واضعوها على الدكّة واقروا بين يديها الى ان اقول لكم فقاموا وفعلوا كما اومروا وحملوا السيّدة فلمّا راوهم اليهود اجتمعوا وقالوا لرجل منهم جبّان يسمّا يوفيا ذاهبْ معهم فاذا هم وصلوا واشرفوا على الوادى ادفع سريرهم واطرحه الى الوادى ونحن نلحقك ومعنا الحطب والنار وذحرقها فى الوادى ولا يظنّوا هاولاى السحرة انّهم قد غلبوا اهل بيت المقدس فقبل منهم ومضا معهم فلما اشرفوا على الوادى تقدّم يوفيا ومدّ يديه[c] الى السرير فضربه الملاك بسيف من نار وقطع درعيه من الاصل وبقيت معلّقة فى السرير فوقع على وجهه فجعل يبكى

a) فى حملوا b) Dubium est num فان an فاذ sit legendum.
c) يده

pulsata, egressa est ad eum quaedam ex virginibus beatae servientibus dixitque ei: intra et beatae dominae nuntia, me praefectum urbis esse. Et ingressa puella eam certiorem fecit; dominaque Maria portam ei aperiri eumque intrare iussit. Isque flens introivit dixitque: salve genitrix Dei, ego in eum credo qui ex te natus est, qui est Christus redemptor; itaque manus tuas extende mater lucis et benedic mihi et pro hoc filio meo ora ut convalescat a dolore suo, oraque pro familia mea quae est Romae, ut salvi sint, facilemque mihi ad eos reditum praebe, ut eos contuear. Et is flebat vehementer. Atque domina stans orabat discipulique circum eam, tum ad eum conversa manus extendit, et filio eius benedixit mulierique; tum assidere eum iussit. Is autem coram ea inclinatus, se ante pedes discipulorum proiecit et dixit: salvete, o electi a Deo qui vos ex omnibus creaturis elegit, ut toto mundo praedicaretis et in die iudicii. Tum discipuli ei benedixerunt continuoque filius eius convaluit et magno cum gaudio exiit. Et statim equum conscendit et ad urbem Romam perrexit, salvusque advenit et suos ut voluit, invenit, eisque salute dicta quaecunque immaculatam Mariam facere viderat audieratque, narrare coepit. Ibique erant discipuli Petri Paulique apostolorum iique hunc sermonem omniaque miracula quae

بعض العذارى التى كنّ يخدمن المباركة وقال لها ادخلى وعرفى السيدة المباركة بانّى والى البلد فدخلت الجارية فعرفتها فامرت السيدة مرتمريم ان يفتح له الباب ويدخل فدخل وهو يبكى ويقول السلام لك يا والدة الاله انى قد امنت بالذى وُلِدَ منك الذى هو المسيح المخلّص فابسطى يديكى يا امّ النور وباركينى وصلّى على ابنى هذا حتى يبرا من وجعه وصلّى على اهلى الذى فى رومية ليكونوا سالمين وسهّلى لى الوصول اليهم حتى ابصرهم وكان يبكى بحرقة فكانت السيّدة قايمة تصلّى والتلاميذ حولها فالتفتت اليه وبسطت يديها وباركته وباركت لولده ولامراته وامرته a) بالجلوس فسجد بين يديها وطرح نفسه قدام ارجل التلاميذ وقال السلام عليكم يا مختارين الله الذى اختاركم من جميع الخلايق لتكونوا كارزين فى الدنيا كلّها وفى يوم الدين فعند ذلك باركوه التلاميذ وبرى ابنه لوقته وخرج بفرح كثير واتّه ركب عن ساعته وسار الى رومية مدينة فوصل سالمًا ووجد اهله على ما يحبّه وسلّم عليهم وجعل يحدّث بجميع ما سمع وشاهد من امر مرتمريم الطاهرة وكان هناك تلاميذ بطرس وبولص السليحين وكانوا يكتبوا هذا الكلام كلّه والعجايب التى

---

a) وامراته

adoravit. Sed Christus magnam potestatem atque virtutem habuit, cum in Thabor monte glorificaretur cumque adessent Elias et Moyses, qui obierat et putruerat, et discipulis gloriam suam ostendit et se Moyse Eliaque praestantiorem esse probavit; et vivos mortuosque ad se arcessere potuit nec mandato suo repugnare poterant. Cumque in coelum summum ascenderet, et coelestes et terrestres eum creaturae adorabant omnes. Tum dixerunt: num hunc Christum Moyse praestantiorem iudicas, qui filios Israel ex Aegypto liberavit eosque per mare duxit, Pharaone et qui cum eo erant submersis, undisque utrimque corruentibus. Dixeruntque fideles: o stulti et mente capti, divinitas corpore Christi induta, haec omnia fecit, isque ab aeternitate haec miracula hoc tempore fecit. Et increpuit diabolis et ab eo fugerunt; et Simon Petrus, cum in mare tanquam in terra incederet, malam in se cogitationem concepit et paene submergebatur; tum manum suam extendit et a terrore liberatus est. Isque omnibus creaturis imperat, ut sermone eius perterriti maneant. Tum praefectus quadraginta viros ex Iudaeis comprehendi flagellisque percuti iussit, reliquique pavore correpti sunt. Et accesserunt ad eos et verberarunt eos. Cumque nox esset, praefectus quendam e filiis suis sumpsit, quem ventris dolor corripuerat, et ad domum dominae Mariae ivit et porta

الشمس والقمر ولم يسجد له في طلوعه الا تلميذه اليسع فاما المسيح فقد كان له من القوة والقدرة وقت تجليه على طور تابور وان حضر الياس وموسى الذى كان قد مات وبلى واظهم سجدة لتلاميذه^a^ واراهم انه افضل من موسى والياس وانه قادر على احضار الاحياء والاموات ولا يقدرون يخالفوه في امره وعند صعوده الى السماء العليا سجدت له الخلايق السماويين والارضيين كلها فقالوا اترى هذا المسيح افضل من موسى الذى خلص بنى اسراييل من مصر واجازهم في البحر وغرق فرعون ومن كان معه وجمع الماء بعضها الى بعض فقالوا المومنين يا مجانين ويا ناقصى العقول اللاهوت المتجسد بجسم المسيح هو الذى فعل هذا كله وهو الذى فعل قديمًا هذا العجايب في هذا الزمان وانتهرت الشياطين فهربت من قدام المسيح وسمعان بطرس^b^ لما مشا على البحر بارة فكر في نفسه فكرا ردى فاراد ان يغرق فبسط يده خلص من الهول وهو المتسلط على جميع الخلايق كلها فيبقوا حازلين من كلامه عند ذلك امر^c^ الوالى ان يوخذ من اليهود اربعين رجلًا فيضربون بالسياط وانتهم الباقى واتوا عندهم وطربوهم فلما كان الليل اخذ الوالى ابنًا كان له قد اخذه وجعه في جوفه ومضى الى منزل الست السيدة مرتمريم وقرع الباب وخرج اليه

a) لتلاميذه b) وبطرس c) امر

pura Deo fuit, quo gavisi sunt coeli et terra? Dixeruntque fideles: non permisit Deus ut tanquam hostia mactaretur; et si etiam mactatus esset, una tantum hostia esset; sed Christus ita paratus est, ut hostia fieret pro omnibus creaturis, et eo quod in crucem ascendit, hostia perfecta factus est, quo homines cum Deo reconciliarentur. Fide sua a peccatis suis liberantur, sicut liberabantur qui a serpentibus morsi erant ex filiis Israel, cum serpentem aeneum intuebantur, quem Deus Moysen erigere iussit, et cum fide orabant et haec erat causa vitae. Dixeruntque Iudaei: num Christum praestantiorem putas Iacobo, qui coeli portas apertas vidit, angelosque scala descendere atque salutare. Dixeruntque fideles: Iacobus angelique et scala quam vidit, ad Christum spectant. Sunt ista quidem, ut vides, magna miracula, mentesque stupore afficiunt; sed istis maiora per eos qui nomen eius invocabant, patrata sunt quae gratiae dona esse ii contendunt et vos oculis vestris vidistis, nec fando tantum accepistis, sed vos coeci duroque corde estis. Et Iudaei dixerunt: num censes hunc Christum praestantiorem esse Elia, qui in coelum ascendit et a quo quidquid in coelo atque in terra exstat, visum est? Dixeruntque fideles: Elias profecto nube in hoc coelum inferius, ubi sol ac luna sunt, ascendit, nec eum ascendentem praeter discipulum suum Elisaeum quisquam

الذى امنتم به اكبر من اسحق الذى
كان قربانًا نكىّ لله وفرحت به السماء
والارض فقالوا المومنين لمر يترك الله اسحق
ان يذبح للقربان ولو يذبح فانما كان يدعى
قربانًا واحدًا ولكن المسيح كان معدّ لن يكون
قربانًا عن جميع الخلايق وبصعوده على الصليب
صار قربانًا كاملًا يتقرّبون به الناس الى الله
بايمانهم يخلصون من خطاياهم كما خلص
من كان يلسع من الحيات من بنى اسرايل
بنظرهم الى الحيّة النحاس الذى امر الله وموسى
يعملها فصلوا به بامانة فهذا سبب الحيّة فقالوا اليهود اترى
المسيح أفْضَلَ من يعقوب الذى ابصر ابواب السماء فتوحة
ونزلت الملايكة بسلّم وسلّمت عليه فقالوا المومنين ان يعقوب
والملايكة والسلّم الذى نظره اشارة الى هذا المسيح كان وهو
ذا ترى ايات عظيمة مبهرة للعقول اعظَمُ من ذلك تظهر على
يدى القراةa باسمه انما يذكرون انّها امّة وانتم تنظرون باعينكم
ليس هى اخبارًا تسمعونَ بها وانتم عمى قشاة القلوب فقالوا
اليهود اترى يكون هذا المسيح أفْضَلَ من الياس الذى صعد
الى السماء وقبل منه كلّ ما فى السماء
والارض فقالوا المومنون الياس انّما طلع فى
السحاب الى هذه السماء السفلى التى فيها

a) اقراة

caverna thesaurorum ad terram sanctam perferret; quia sciebat eorum redemptionem per hunc Christum fore. Dixitque: hoc aurum, myrrha et thus, quae sunt in caverna thesaurorum, munera sunt quae per manus magorum qui sunt filii regum, Bethlehem perferentur; nam Deus promisit, eum in mundum venturum esse, et per divinitatem eius miracula eius visum iri, eumque inter homines ex Sion palam proditurum esse. Dixitque propheta: et stabunt pedes domini in monte olivarum in oriente Hierosolymarum; idque ita accidisse scitis. Et multa dixit quae longum est referre. Dixeruntque Iudaei: num censes hunc Christum apud Deum maiorem esse patre nostro Abraham, cui aperti sunt coeli et qui cum eo locutus est? Tum fideles dixerunt: et nos vere scimus et certo cognovimus eum, qui e Maria natus est, creasse Adam, anteque Abraham formaretur in ventre matris suae, quia est ante omnes creaturas, et eum esse, quicum locutus est Abraham, eumque esse de quo Daniel dixit: in septuaginta hebdomadis venturum esse Messiam, quem omnes populi sperarent, et necatum iri nec eis alterum fore Christum. Et sane in crucem actus, mortuus, sepultus est, suaque e sepulcro resurrectione progeniem Adami de ipsius resurrectione certam securamque fecit, eosque edocuit: sic fore post mortem omnium bonorum malorumque resurrectionem. Dixeruntque eis Iudaei: et hic Christus in quem creditis, maior est Isaaco qui oblatio

يحمل جسده من مغارة الكنوز الى ارض المقدس الذى علم
ان الخلاص يكون منهم بهذا المسيح وقال هذا الذهب
والمرّ والبان الذى فى مغارة الكنوز قرابين تُقدَّم على يدى
مجوس من اولاد الملوك فى بيت لحم لانّ ميعاد الله انّه ينزل
الى العالم وتظهر عجايبه بلاهوته يمشى بين الناس
جهارًا من صهيون وقال النبى a وتقف قدمى الربّ على جبل
الزيتون شرقى بيت المقدس وقد كان ذلك
انتم تعرفوه وقال اشيا كثيرا لو ذكرناها لطال
بها الشرح فقالوا اليهود اترى هذا المسيح اعظم
عند الله من ابينا ابراهيم الذى فتح له السماء
وكلّمه فقالوا المومنين لهم اما نحن فبحقّ نعلم ونتيقّن
ان هذا الذى ولد من مريم هو الذى خلق
ادم قبل ان يخلق ابراهيم فى بطن امّه
لانّه قبل الخلايق كلّها وهو الذى كلم ابراهيم
وهو الذى قال عنه دانيال b انّه الى سبعين
شابوع يجى المسيح الذى يترجاه ساير
الامم ويقتل ولا يكون لها مسيح اخر فقد
صلب ومات وقبر ووضع لذرّية ادم قيامه
بقيامه من القبر وعرفهم ان هاكذا تكون
القيامة بعد الموت لجميع الصالحين
والطالحين فقالوا لهم اليهود وهذا المسيح

a) Zach. XIV, 4. b) IX, 24.

an sicut reliqui homines, an filius Dei sit. Ego enim scio, vos legere ac confiteri libros patrum prophetarumque. Tum praefectus surrexit et in locum excelsum escendit, qui super reliquos homines erat, tum eos adiuravit et confirmavit, ut secederent qui in Mariam crederent et natum ex ea filium Dei vere esse, unaque ex parte sterent. Secesseruntque multi et duae partes factae sunt. Tum praefectus iis dixit, vos in Christum creditis? Dixeruntque: nos credimus eum esse filium Dei unius, qui omnes creaturas iudicabit, eumque esse Christum in libris nostris memoratum, quem populi exspectarent, et quo redimemini et in quem credetis. Tum altera pars dixit: quid vos dicitis? dixeruntque, nos ex scriptis librisque nostris scimus, post eum Christum non esse venturum, eumque venisse confitemur. [Tum alteri dixerunt: et nos scimus eum nondum venisse] quia traditiones et versus propter eum scripti nondum completi sunt, nec id vidimus. Dixeruntque isti fideles: profecto gens vestra haud intellexit verum librorum sensum, nec cognitum habetis quid sibi velint et quo tendant; ii enim ad res spectant spiritales voluntate Dei res omnes perficiente eventuras. Ex traditionibus vero fugerunt vos quaedam, idque ignorastis; nonne scitis, patrem nostrum Adam, cum morti proximus esset, filio suo Setho mandasse ac dixisse, ut ei qui post eum foret, mandaret, ut corpus suum e

ايش هو ابن مريم عندكم نبى ام مثل ساير الناس او ابن الله فانى اعلم انّكم تقرون وتعترفون بكتب الاباء والانبياء فقام الوالى وصعد الى موضعٍ عالٍ صار فوق جميع الناس ثمّ استحلفهم واقرّهم بان يعتزل كلّ من امن بمريم وبالمولود منها انّه ابن الله يقين يقومون ناحيةً ‑ فاعتزل جمع كثير وصاروا فريقين فقال لهم الوالى انتم المومنون بالمسيح فقالوا نحن مومنين به انه ابن الله الوحيد الذى يحيى الخلايق كلّها وانّه المسيح الذى ذكر فى كتبنا وله تنتظر الامم وبه تخلصون وتومنون ثم قال الفرق الاخر ما ذا تقولون انتم فقالوا نحن نعلم من اسفارنا وكتبنا بانّه لم يجى المسيح بعد ونحن معترفين بمجيه [فقالوا الاخرون ونحن نعلم بانه لم يجى المسيح][a] لانّ السنن والايات المكتوبة من اجله لم تتمّ. ولا رايناها[b] فقالوا الامم اولايك المومنين انما اهلكم ما تناولوا من معانى تفسير الكتب وما تعلمون اشارته ومعاينته وانّها الى الروحانيات التى تكون بقدرة الله النافذة فى الاشياء واما السنن فقد سقط عنكم بعضها وجهلتم ذلك اما تعلمون ان ابانا ادم لما ازاد[a] ان يموت وصى عهوده لابنه شيث وقال له ان يوصى لمن بعده

---

a) Quae addidi, sermonis continuitas necessario postulat. b) Cod. بعد addit. c) Sic أراد etiam Evang. infant. c. II. adhibetur et pag. 66 lin. 14.

eum metus corripuit, et Sultanum quoque terror magnus et vehemens, et magnus tremor eos corripuit. Sultanus vero manus ad coelum extendit et maxima voce clamavit: et dixit: vere, o Maria, qui ex te natus est, filius Dei est, quem vidisse optamus, et domo nostra expulimus, eumque semper adorabo. Sed magna inter eos exorta est discordia multique ex eis in nomen Christi crediderunt. Tum praefectus Hierosolymitanos, et sacerdotes et reliquos congregavit eisque dixit: o popule nequam, qui in crucem adegerunt Christum, qui ut eos redimeret, e coelo descendit; nec verum didicerunt quippe quorum mentes id non caperent; quin vanum et mali perpetrationem praehabuerunt, et in gehennam intrabunt videntes ac cernentes. Equidem in eum credidi et profecto non sum ex vobis unus neque ex terra vestra; sed de Tiberio rege ego vobis timeo propter nequitiam vestram. Et ecce vobis dico: ne quis appropinquet ad domum huius beatae dominae Mariae neve eam calumniemini. Tum surrexit vir ex eorum primoribus et doctis qui Caleb vocabatur et ex eis erat qui iam in Christum et beatam Mariam immaculatam credebant, praefectoque domus suae filiorumque dixit: obsecra eos per Deum, qui filios Israel eduxit ex Egypto et per libros sanctae Thorae, ut dicatis mihi, num hic filius Mariae apud vos propheta,

هكلّ من حضر الخوف والسلطان ايضًا فزعًا شديدًا
عظيمًا[a] ورعدة عظيمة اخذتهم فاما السلطان
فبسط يديه الى السماء وصاح باعلى صوته
وقال بحقّ يا مريم المولود منك هو ابن الله
الذى قد أردنا نظره ونخرجه من بيتنا واسجد
له الى الابد ووقع بين اليهود خلف عظيم ولمن
منهم باسم المسيح خلق كثير عند ذلك
جمع الوالى اهل بيت المقدس كهنة وغيرهم
وقال لهم يا امّة السوء الذى صلبوا[b] المسيح
الذى نزل من السماء لخلاصهم ولم يرتدوا[c]
الى الحقّ ولا قبلته عقولهم بل تعصّبوا[d] على
الباطل وعمل الشرّ ويدخلون الى جهنّم وهم يبصرون
باعينهم واما انا فقد امنت به ولانّى لستُ الّا منكم ولا
من بلادكم واما الملك طباريوس ولانّى عليكم لحال
شرّكم وهو ذا اقول لكم بان لا يدنى احدا
منكم الى منزل هذه المباركة مرتمريم ولا
تذكروها بسوء عند ذلك قام رجل من كبارهم
وعلمايهم يسمّى كالب ممّن قد امن بالمسيح ومرتمريم
الطاهرة فقال لوالى بيته وبنيه استحلفهم أيّها الوالى بالله فالذى
اطلع بنى اسرايل من مصر وباسفار التوراة المقدسة الا اخبرتمونى

a) عظيم b) صلبوه c) Confer ܪܕܐ ; ܐܬܪܕܝ
d) تعصبوا

et confluxerunt vicini eius et eam precari et implorare coeperunt, et dicere: o domina Maria, genitrix domini Christi, oramus te, ut filium tuum pro nobis exores, ut nobis salutem impertiatur. Multaque ab ea miracula apparuerunt, multaeque sanationes. Et Hierosolymitani vehementer tremuerunt; cumque illuxisset, convenerunt irati vicinosque adduxerunt eisque dixerunt: unde hic tumultus, strepitus, clamor in quo heri fuistis? Et eis narraverunt, Mariam domum suam venisse magna cum laude angelorum hominumque, omnemque aegrotum qui ad eam accederet, statim e morbo suo convalescere. Tum ad praefectum ibant eique dixerunt: certiorem te facimus, magnam Hierosolymis sollicitudinem fore propter Mariam, et quae de ea acceperunt, ei nuntiabant. Tum praefectus: quidnam, inquit, vobis faciam? Tum illi, sumamus ligna et ignem, domumque in qua est, comburamus. Tum ille: facite quod bonum vobis videbitur. Tum convenerunt sacerdotes et cum eis multitudo magna, et ligno igneque sumpto, ad locum ubi erat domina properarunt, ut eum comburerent; praefectus autem et socii eius e longinquo quae facerent, spectabant. Cumque ad portam domus venissent, ignis vehemens apparuit, cum angelis ex portis erumpens et quicunque ex eis ad portam progrediebatur, eum comburebat; multique ex eis ista hora mortui sunt, et quicunque aderat,

ويخرجون من البيت الذى كان لها ببيت المقدس عند صهيون ويسالون جيرانها وجعلوا يسالونها ويصيحون اليها ويقولون يا مرتمريم والدة السيد المسيح نسالك ان تطلبى ابنك ان يبعث لنا خلاص من عنده وظهر على يديها العجويات وشفا كثير وفزعوا اهل بيت المقدس جدًّا فلما كان بالغداة اجتمعوا وهم مغتاضين واحضروا جيرانها وقالوا لها اين هذا الرهج والجلبة والصياح الذى كنتم فيه البارحة فاخبروهم ان مريم قد جاءت الى بيتها وبين يديها التسبحة العظيمة من الملايكة والناس وان كلّ من يجيها به علّة لا يبرح حتى يبرا من وجعه عند ذلك مضوا الى الوالى وقالوا له نعلمك ان حزن عظيم يكون فى بيت المقدس بسبب مريم وعرفوه ما كان منها فقال الوالى فما اصنع بكم قالوا له ناخذ حطب ونار نحرق[a] البيت الذى هى فيه فقال لهم اصنعوا انتم ما ترونه عند ذلك اجتمعوا الكهنة ومعهم جمع كثير واخذوا الحطب والنار ومضوا الى الموضع الذى السيدة فيه ليحرقوه وكان الوالى واصحابه بعيدًا منهم ينظرون ما يفعلوا فلما وصلوا الى باب الدار ظهرت نارٌ عظيمةٌ خارجة من الابواب مع الملايكة فاحرقت كلّ من تقدّم منهم الى الباب ومات منهم جمع[b] كثير فى تلك الساعة فقد اخذ

a) Dubium est, an cod. فنحرق habeat. b) جميع

vobiscum est. Tum discipuli surrexerunt domoque discesserunt, dominam in lecto suo portantes, et Spiritus Sanctus eos portabat, ut super capita eorum transirent neque ab eis conspicerentur. Cumque discipuli Hierosolymas pervenissent, ad domum dominae properarunt et in precibus laudibusque perseverarunt. At equites ubi Bethlehem venerunt, dixerunt: portam domus claudemus, nec ullus ex ei effugiet. Tum domum ingressi, neminem omnino invenerunt; et magna ira incitati, omnes Bethlehemitas comprehenderunt et iis dixerunt: vos ad praefectum sacerdotesque Hierosolymitanos venistis eosque certiores fecistis, discipulos Christi apud Mariam esse, nec cessare laudis multitudinem cum potestatibus angelorum eosque ascendere in coelum et descendere ex eo; et dixistis, laudes eorum ad vos pervenisse. Ubi sunt nunc? Age venite nobiscum, vosque defendite, sicut vultis. Nos enim haud quidquam invenimus. Itaque cum eis profecti sunt et ad praefectum ingressi sunt eique dixerunt, se Bethlehem neminem conspexisse. Et sacerdotes dixerunt: discipuli Christi oculis vestris praestigium fecerunt, ut eos non conspiceretis. Praefectusque eis dixit: quod si eos loco aliquo esse comperietis, eos capite portasque claudite pro nobis. Et quinque diebus post Hierosolymitani viderunt angelos ad beatam Mariam descendere et e domo, quam Hierosolymis in monte Zion habebat, egredi,

سعككم عند ذلك قاموا التلاميذ وخرجوا من البيت وهم يحملون السيدة فى سريرها وروح القدس تحملهم حتى عبروا على روسهم ولم يروهم فلما وصلوا التلاميذ الى بيت المقدس صاروا الى بيت السيدة وقاموا فى الصلاة والتسبيح واما الفرسان لما وصلوا الى بيت لحم وهم يقولون نضبط باب البيت ولم يفلت منهم واحدٌ عند ذلك دخلوا الى البيت فلم يجدون فيه احدًا بالجملة فغضبوا عند ذلك غضبًا شديدًا واخذوا اهل بيت لحم باجمعهم وقالوا انتم دخلتم الى الوالى والكهنة ببيت المقدس واخبرتموهم ان تلاميذ المسيح عند مريم وليس يهدن وفر التهليل مع قوات الملايكة والطلوع الى السماء والنزول منها وقلتم انه قد اتاكم * تسبيحهم فاين هم الان تعالوا ادخلوا معنا واحتجوا عن انفسكم كما تحبون فنحن لم نجد شيًا فساروا معهم ودخلوا الى الوالى وعرفوه انهم لم يبصرون فى بيت لحم احدا منهم فقالوا الكهنة انّ تلاميذ المسيح عملوا سحرًا لابصاركم حتى لا تبصروهم فقال الوالى لاهل بيت لحم ان انتم عرفتم لهم خبرًا فى مكان فامسكوهم وابوابهم الينا ومن بعد خمسة ايام ابصروا اهل بيت المقدس الملايكة يدخلون عند مريم المباركة

---

a) الاكم

certiorem fecerunt, qui ira magis correpti, ad praefectum Sultani clamantes profecti sunt, dicentes: magna haec res est, et ob ea quae ista mulier domina Maria facit, Iudaei perierunt; eumque rogarunt, ut eam Hierosolymis expelleret. Auctaque est admiratio Sultani ob verba eorum et dixit: haud quidquam eius modi faciam. Tum clamarunt et obsecraverunt eum per imperatorem regni ipsiusque salutem dixeruntque: quod si non facies, Tiberio Caesari id deferemus eumque facti tui certiorem faciemus. Iamque nuntius de ea ad eum pervenerat. Tum multi congregati sunt et ad domum in qua erat beata, perrexerunt; et porta aperta erat et introire volebant, verum ad portam superiorem appropinquare non poterant, quia portae coeli apertae erant et magnus in eam splendor effusus est. Et propter clamorem et minas eorum quidam e ducibus cum eis profectus est cum triginta millibus equorum et multis peditibus et dixit: ite Bethlehem et discipulos Mariamque huc adducite. Tum Hierosolymis egressi sunt dux et milites, sicut iussi erant, sed Spiritus Sanctus discipulis Christi dixit: ecce Sultanus ad vos Hierosolymis misit ducem cum triginta millibus equitum et peditum. Quam ob rem age tollite Mariam et cum ea abite, neve timeatis: nam ego in nube vos portabo et in aere coeli vos contra omnes eos protegam, iique non poterunt vos intueri quia virtus

الطريق واعلموا رييس كهنتهم ذلك فازدادوا [a] غيظًا وتوجّهوا الى والى السلطان صارخين وقالوا هذا امرٌ عظيمٌ وهلكت اليهود ممّا تفعله هذه الامراة مرتمريم وسالوه ان يخرجها من بيت المقدس فكثر تعجّبُ السلطان من قولهم وقال لستُ افعل من هذا شى فصاحوا عند ذلك وخلفوه بقيصر الملك وبسلامته وقالوا ان انت لم تفعل رفعنا ذلك الى تباريوس [b] قيصر واعلمناه فعلك وكان قد اتّصل به خبرها ثم اجتمع قوم كثير وجاووا الى البيت الذى فيه المباركة وبابه مفتوحًا فارادن الدخول فلم يستطيعوا ان يدنوا من باب العلية لانّ ابواب السماء كانت مفتوحة والضوء كثير جدًّا عليها فمن اجل صياحهم وشرّهم وجه معهم قايد من قواده ومعه ثلاثين الف فارس ورجال كثيرة وقال امضوا الى بيت لحم واحضروا التلاميذ ومريم الى ههنا حينيذ خرج القايد والغلمان الذى معه من بيت المقدس كما اومروا وان الروح القدس قالت لتلاميذ المسيح ها هوذا قد اتاكم من قبل السلطان قايد ومعه ثلاثين الف فارس ورجال من بيت المقدس فانهضوا وحملوا مريم واخرجوا بها ولا تخافوا فها هو ذا احملكم فى السحاب واجيركم فى جوّ السماء على جميعهم وهم لا يقدرون ينظرون اليكم لان [c] القوة

a) ازدادوا b) طباريوس c) لا

et filiatione filius meus, audi vocem meam pro his qui ad te venerunt, et ne eorum in te fidem frustrare, eosque sublevа. Tum virtus multa exiit, et illas creaturas omnes sanavit ab omnibus morbis et aerumnis; et eorum numerus circiter duo millia et octoginta erat. Et erat multa laus tota terra Bethlehem isto die. Tum praefecti Bethlehem praefectique Hierosolymarum homines qui sanati erant, ceperunt ex iisque quaesiverunt, quidnam iis fecisset domina et quidnam in precibus eius audissent, cum magna illa virtus in eos veniret, quae eos ab omnibus morbis aerumnisque sanaret, et quid eis accidisset. Quod eis narraverunt, et magna inde eorum exstitit admiratio; et hac re sacerdotes quoque mirati sunt propter magnum Christi honorem quem viderant et propter fidelium gaudium. Et obscurati sunt oculi eorum et tremuerunt horrueruntque magnamque iram conceperunt et dixerunt: sane propter verba eorum magna nos capiet sollicitudo et propter Mariam pernicies. Tum multi Iudaei cum Hierosolymitanis Bethlehem profecti sunt eisque sacerdotes dixerunt: age, discipulos Christi comprehendite Mariamque ex oppido expellite. Cumque mille passus progressi essent et iam sol occidere coepisset, magnum miraculum eis apparuit: substiterunt pedes eorum, nec progredi Bethlehem potuerunt, ita ut ex via redirent. Idque principem sacerdotum suorum

لهذه الانفس الذين قد اتوا اليك ولا تخيبهم
ايمانهم بك واعينهم[a] عند ذلك خرجت
قوة كثيرة وابرت اولايك الخلايق كلّهم من
جميع اوجاعهم وبلاياهم وكان عددهم
نحو الفى وثمان مائة نفس وكان سبع
عظيم فى ارض بنيت لحم كلّها فى
ذلك اليوم عند ذلك ولاة بيت لحم وولاة
بيت المقدس اخذوا القوم الذى شفيوا
واستخبروهم ما عملت بهم السيدة وما
سمعوا منها فى صلاتها حين خرجت اليدهم
القوّة العظيمة فاشفتهم من جميع عللهم وبلاياهم وما كان قد
اصابهم فاخبروهم بذلك فكثر تعجّبهم منه وتعجّبوا الكهنة
لذلك ايضًا لما راوا من كثرة التعظّم للمسيح وما المومنين فيه
من الفرح واظلمت اعينهم وفزعوا وارتعدوا واغتاضوا غيظًا
عظيمًا وقالوا انّنا يزالنا على اصواتهم حزنٌ كبيرٌ وهلاك من
قبل مريم فخرج من اليهود خلق كثير مع اهل بيت المقدس
الى بيت لحم وقالوا لهم الكهنة اذهبوا واقبضوا على تلاميذ
المسيح واخرجوا مريم من القرية فلما صاروا على ميلٍ واحدٍ
وكان قد * من غروب الشمس ظهر فيهم
الجوبة عظيمة[b] ربطت ارجلهم فلم
يمكنهم أن يسيرون الى بيت لحم حتى رجعوا من

a) [illegible] b) E margine.

statim convaluit, Deumque laudavit. Et venit mulier, in qua daemonia, eamque precata est, ut se ab eis liberaret; et domina manum in eam extendit, dicens: nomine domini mei Iesu Christi, discedite ab hac anima, neve ullo alio modo ad eam accedite; continuoque ab ea egressi clamarunt: quid nobis tecum rei est o domina Maria? profecto appropinquare veremur omni loco, ubi filius tuus regnat, qui ex te natus est, neque coram sociis eius consistere possumus. Ipse potentia sua nos ad ima detrusit, et tu precibus tuis ab ista anima et aliis nos fugati prohibuistique. Tum eos increpuit domina, continuoque abierunt seseque in profunda maris proiecerunt. Et etiam filius Sophronis regis Aegypti, cuius caput leo laeserat, ad eam clamavit, et cum manu extensa pro eo orasset, continuo caput eius convaluit, ita ut quisquis aderat, Deum laudaret. Conveneruntque Bethlehem etiam multi homines, cum de ea audissent; et quaerebant, ubi esset domina Maria beata, et dictum eis est: Bethlehem; tum ad eam egressi, et ad portam eius provoluti, discipulis non aperientibus, vehementer clamare ac flere coeperunt dicentes: miserere nostri o domina nostra nosque sana, neve frustrare vota nostra. Et voces eorum exaudivit et pro eis ex interiore domo precata, dixit: o domine ac Deus mi Iesu Christe, tu quidem dominatu dominus meus es, voluntate vero tua

ايضًا امراة اخرى من اهل مصر وكان بها وجعٌ فى بطنها فصلّت من اجلها وبريت من وقتها وسبحت الله وجاءت امراة بها شياطين[a] فطلبت اليها ان تريحها منهم فبسطت السيدة يدها عليها وقالت باسم سيّدى يسوع المسيح تروحوا عن هذه النفس ولا تقربونها بشى اخر فمن ساعتها خرجوا عنها وصاحوا ما لنا ولك يا مرتمريم [illegible] هو ربنا فدنا[b] من كلّ موضع فيه سلطان ابنك الذى ولد منك ولم نقدر نقوم بين يدى اصحابه وقد انزلنا بقدرته الى اسفل السافلين والنا بصلاتك قد هربتينا ومنعتينا من هذه النفس وغيرها حينيذ زجرتهم السيدة ومن ساعتهم مضوا ووقعوا فى اعماق البحر وكان ايضًا ابن اصفرون ملك مصر كان الاسد قد عقر راسه فصاح الى السيدة فبسطت يدها وصلّت عليه فبرى راسه لوقته فسبح الله كلّ من حضر واجتمع ايضًا ببيت المقدس فرصنا[c] كثير حين سمعوا بها وكانوا يسالون اين تكون السيدة مرتمريم المباركة فقيل لهم ببيت لحم فخرجوا اليها وطرحوا انفسهم على بابها فلم يفتحوا لهم التلاميذ فجعلوا يصيحون صياح يرتفع ببكى ويقولون ارحمينا يا سيدتنا واشفينا ولا تخيبين طلبتنا فسمعت اصولتهم وصلّت عليهم من البيت وقالت يا ربّى والاهى يسوع المسيح انت بالربوبية ربى وبالمشية والبنوة ابنى اسمع صوتى

a) سيطانين b) بدنًا c) Cod. فرضنا offert, in quo **p e r s o n a e** vocabulum odorari mihi videor.

mina; verum cum voces eorum audiebat, manus extendebat iisque benedicebat, et a morbis convalescebant. Erantque ibi muti, surdi, coeci aliique, et statim convaluerunt. Et quidem pulverem parietis domus sumserunt eoque aqua subacto illiti, a quocunque laborabant morbo convaluerunt. Et domina Maria tot miracula et signa fecit, quae nemo enumerare potest nisi dominus, qui ex ea natus est, eamque magnitudinis suae templum fecit. Et maius mirabiliusque hoc est, quod Bethlehemitae inviti eam laudabant. Et mulieres ex omnibus regionibus ad eam veniebant Roma, Alexandria, ex Aegypto, et filiae regum, patriciorum, principumque, quae munera offerebant et eam adorabant et Christum qui ab ea natus est, profitebantur, et ex ea quaerebant, quomodo ex ea natus esset; et respondebat: sicut inter nos fieri oportet. Cumque discederent, eam ut sibi benediceret, seque libris et virtute donaret rogabant, ut domestici propter testimonia quae habebant crederent. Et deinde mulier venit, quae duo daemones habebat, unum qui noctu, alterum qui die eam vexabat, cum eaque filia regis Alexandriae, plena ulceribus, quae ante eam inclinata, eius intercessionem implorabat; eaeque ut sibi mederetur rogabant. Tum earum miserta, pro eis oravit et continuo convaluerunt. Venit etiam alia mulier ex Aegyptiacis, ventre laborans, et cum pro ea orasset,

السيّدة بل كانت اذا سمعت اصواتهم تبسط ايديها وتبارك عليهم فيبرون من بلاياهم وكان هناك خراس وصمّ وعمى وغير ذلك فبريوا لوقتهم وكان بعضهم ياخذ من تراب حيطان البيت ويعاجنه ويلتطخ به فكان يبرى من اىّ وجع كان به وعملت مرتمريم من العجايب والايات ما لا يقدر احدٌ على احصاها الا السيّد الذى ولد منها وصيّرها هيكلا لكرامته واعظم واعجب من هذا ان اهل بيت لحم كانوا يعطون المسيح بغير هواهم وقدم اليها نسوة من كلّ بلد ومن رومية والاسكندرية ومصر وبنات الملوك والبطاركة والسلاطين وهم يحملون القرابين ويسجدون لها ويعترفون بالمسيح الذى ولد منها وكانوا يسالونها كيف ولد منها وكانت تقول كما بينّا واجب وكانوا عند ذهابهم يسالونها تبارك عليهم وتعطيهم كُتُبٌ وقوة معهم لكى يصتّون[a] اهاليهم بما معهم من البرهان وبعد ذلك جاءت امراة ومعها شيطانين واحد يعذبها بالليل واخر يعذبها بالنهار ومعها ابنة ملك الاسكندرية وهى ممتلية قروح فسجدت بين يديها فاستغاثت بشفاعتها فطلبت منها الشفا فرحمتهم وصلّت عليهم فمن ساعتهم بريوا وجاءت

---

a) يعطنون

rosolymis omnem quam viderunt et audierunt, nuntiabant virtutem quae in locum, ubi beata Maria erat, descenderat.

Caput tertium.

Cumque Hierosolymitani id audissent, quidam ex iis, relicta familia, profecti sunt, ut miracula cernerent quae beata Maria faceret. Et coeli aperti sunt, ex iisque prodierunt exercitus angelorum, et fulgura ac tonitrus, et nubes e coelo venit terramque rore conspersit stellaeque e coelis ceciderunt et dominam adorabant, itemque Sol et Luna. Quidam autem Bethlehemitae oculos convertebant ad domum in qua erat domina. Et discipuli eam cum verecundia circumstabant manibus ad coelum elevatis, Gabriel, angelus ad caput, Michael ad pedes eius ei ventilabant; Petrus autem et Ioannes lacrimas dominae mantilibus abstergebant; suffitusque undarum instar magnarum e loco egrediebatur, omnesque dicebant: ave beata! et beatus is qui ex te natus est, et coram eis laudes et gloriam celebrabant, nec prae luce, ex ea splendente, eam aspicere licebat. Et si qui aegrotus ad locum accedebat et caput suum ad limen portae et ad parietem domus ponebat seque proiiciebat et clamabat: o domina Maria deprecare pro me et miserere mei, continuo convalescebat et liberabatur, licet eos non adspiceret do-

المقدس بكلّ ما راوه وسمعوه من القوت التى كانت تنزل الموضع الذى مريم المباركة فيه

السفر الثالث

فلما سمعوا اهل بيت المقدس خلوا رجال منهم اهاليهم ومضوا حتى ينظروا الايات التى تظهر بين يدى السيدة مرتمريم وان السموات انفتحت وخرج منها اجناد الملايكة والبروق والرعد وسحب تجى من السماء وترشّ الندى على الارض والكواكب تسقط من السماء ويسجدون بين يدى السيّدة والشمس والقمر ايضًا وان بعض اهل بيت لحم جعلوا ينتطّلعوا فى البيت الذى كانت فيه السيدة والتلاميذ قيام حولها برعدة وايديهم مبسوطات الى السماء جبراييل الملاك عند راسها وميخاييل عند[a] رجليها يروحون عليها وبطرس ويوحنا فى ايديهم مناديل يمسحون دموع السيدة وكان البخور يخرج من الموضع مثل الامواج العظيمة وكانوا لجميع يقولون السلام لك يا مباركة ومبارك هو المولود منك وهم يهلّلون ويمجدون قدامهم ولم يكن يستطاع المنظر اليها من النور الساطع بها وكان كلّ من به علّة يجى الى الموضع ويضع راسه على عتبة الباب وحيطان البيت ويسجدون ويصرخون يا مرتمريم اشفينا وارحمينا فكانوا يشفون وينفرجون من غير ان تبصرهم

---

a) Cod. om.

et ingredieris ad thesauros gloriae eisque dominaberis. Quibus auditis domina, manus extendit dominumque laudavit dixitque: adoro te domine ac Deus mi et in magnitudinem potentiamque tuam credo, quia me non huius populi stolidi ludibrium fecisti, nec quae adversus me moliti sunt, rata esse voluisti, si quidem corpus meum se ignominia affecturos dixerunt, verum ad preces ancillae tuae respexisti, et tua mihi miracula ostendisti, o potens, tu potes quae volueris. Ideo nomen tuum laudabile et potestas tua maxima est in saecula saeculorum, amen, et dehinc omnes gentes me praedicabunt. Precibus finitis, discipuli amen dixerunt. Tum discipulis dixit: incendite thus et orate et benedicite, et signate vos in facie vestra signo crucis. Et cum ita facerent, ecce sonus sicut tonitrus e coelo et sicut curruum incitatorum inter seque collisorum, et odor thuris iucundissimus, qui describi non potest. Et ecce angeli potestatesque, quorum numerus definiri non potest, descendebant, in domum in qua domina discipulique erant, donec occulerentur, eosque circumdederunt, dicentes: sanctus, sanctus, sanctus dominus Sabaoth, innotuitque hoc Bethlehemitis, eratque magnus timor, apparebantque eis magna miracula; et exercitus coeli ascendebant descendebantque, et vox filii hominis inter eos exibat. Tum multi ex Bethlehemitis venerunt et praefecto sacerdotibusque Hie-

وتتسلّطى عليها فلمّا سمعت الست السيّدة كلامهم بسطت
يديها وسجدت الربّ وقالت اسجد لك يا ربّى والاهى وآمن بعظمتك
وقدرتك ان لم تصيّرنى هزوًا للامة الحنفاء ولم تحقّق همومهم فى
ان يقولون انّهم يحسّرون جسدى بل نظرت الى مسئلة امتك
واظهرت عجايبك لى يا قوى انت القادر على ما تشا
فلاسمك أسبّح ولقدرتك أعظّمُ الى ابد الابدين امين ومن الآن
جميع الامم يعطونى الطوبى فلما تمّت صلاتها قالت التلاميذ
امين ثم قالت للتلاميذ هعوا انتم البخّور وصلّوا وباركوا
وارتسموا الصليب على وجوهكم فبينما
هم كذلك واذا بصوت مثل الرعد من
السماء ومثل العجل المستعجلة التى
يضرب بعضهم بعض فرايحة بخور اطيب لا تُصَفُ
رايحته واذا الملايكة والقوات الذى لا يدرك
عددهم وهم ينزلون على المنزل الذى كانت
فيه السيدة والتلاميذ حتى * تغطّوا واحتاطوهم *
وهم قايلين قدوس قدوس قدوس الربّ الصاباووت
وظهر ذلك لاهل بيت لحم وكان فزع
عظيم وارى لهم ايات كبار وجنود السماء
طالعين ونازلين وصوت ابن البشر يخرج
من بينهم عند ذلك دخل جماعة من
اهل بيت لحم وخبروا الوالى والكهنة ببيت

---

a) تعطا واحتاطهم

vestra relinquite, et ne credatis, diem novissimum venisse; non enim iam extremum tempus est. Verum Bethlehem properate, dominam Mariam, beatam domini genitricem salutaturi, nam prope est, ut ex hoc mundo abeat. Et coeperunt dicere: quomodo properabimus et quanam re vehemur? Et ecce currus splendidi, quos nubes portabat, ventique undique flabant et coelum terraque fulgure micabant, donec inter medios eos descendebant. Et ecce nubes ista omnes Bethlehem perduxit, et ad dominam ingressi, eam salutaverunt, eratque ista hora magnum gaudium, et Ioannes in eorum honorem thus incendebat eosque adorabat. Et in capitibus eorum erant Christi splendidae coronae. Et angeli nubem portantes venerunt, currus vertebant eosque inter coelum et terram duxerunt, et discipuli in terra incedere videbantur, donec advenerunt. Et cum domina eos conspexisset, in lecto se erexit, deumque laudavit et gavisa eis benedixit, dicens: iam confido, dominum meum e coelis venturum esse, ut eum conspiciam, sicut vos venistis et vos conspexi; iam dicite mihi, qui rem meam compereritis. Et unus quisque ex eis narrare coepit, quomodo Spiritus Sanctus se certiorem reddidisset et quomodo quam citissime advenisset eique dixit: o beata, noli contristari nec dolere; nam qui ex te natus est, te ex hoc mundo educet magna cum gloria

تصنّوا انّ القيامة قد قامت ولا هو اخر الدهر ولكن انهبوا الى
بيت لحم لتسلمون على مرتمريم المباركة والدة الربّ فقد دنا
خروجها من هذا العالم فجعلوا يقولون
كيف نذهب وعلى اىّ شى نركب فاذا [a]
بمراكب مضية والسحب تحملهم وضربت الرياح
من كلّ جانب واضت السماء والارض من البرق حتى نزلوا فى
وسطهم واذا بالسحب قد انحدرت بالجميع على بيت لحم
فدخلوا الى السيّدة وسلّموا عليها وكان فرحًا عظيمًا فى تلك
الساعة وبخّرهم يوحنا وسجد لهم وكان على روسهم اكلّة المسبح
منيرة وتواة[b] الملايكة يحملون السحب
ويديرون المراكب ويسيرهم بين السماء
والارض والتلاميذ كانّهم يمشون على وجه الارض
الى ان وصلوا فلما راتهم السيّدة استوت جالسةً على سريرها
وسبحت الله وفرحت بهم وباركتهم وقالت
الان وثقت بمجى سيّدى من السماء حتى
ابصره كما جيتم انتم وابصرتكم فاعلمونى
كيف بخبرى فجعل كلّ واحد منهم يخبرها كيف اعلمته روح
القدس وكيف كان مجيه فى أسْرَع وقت ويقول لها ايّتها المباركة
لا تجزعين ولا تحزنين فانّ الذى وُلِدَ منك يُخرِجك من هذا
العالم بسبح عظيم وتذهبين الى خزاين السبح

---

a) Cod. هم addit. b) ودوا; quod pro huius cod. more واتوا esse credo.

finitis, ecce vox magna dixit: amen.; et valde miratus sum. Et cum Spiritus Sanctus mihi dixisset: audisti hanc vocem o Ioannes? dixi: sane. Dixit: haec ibit ad discipulos socios tuos iique ad dominam beatam Mariam salutandam advenient, quia in sua quemque urbe et loco certiorem feci eisque currus quibus huc vehentur, in nube lucida paravi. Et Simeoni Cephae Romae notum id feci, cum ad templum sanctum properaret, sacrificium cum id ei incumberet oblaturus, eique dixi: oblatione facta Bethlehem propera, nam mater magistri tui in eo est, ut ex hoc mundo migret; dein Paulo qui quinquaginta circiter iactae sagittae spatiis Roma aberat, et cum Iudaeis disputabat; Iudaeique eum irridebant dicebantque: profecto sermo tuus non accipietur, quia tu nomen Christi praedicas, tu es Tarso ortus, nosque te novimus: homo es Christianus et pauper, et Iesu in nomine migrare et orare coepisti. Eumque certiorem feci, statimque surrexit et egressus est; dein Thomam in interiore Indiae Sindiaeque terra. Is autem prope lectum filiae regis assidebat, eamque baptizaverat. Tum ad ecclesiam properavit et oravit et abiit. Et post haec Matthaeum, tum Iacobum. Et postquam vivos ex iis certiores feci, ad mortuos ivi: Philippum, Andraeam, fratrem Simeonis Cephae, Lucam, Simeonem Cananaeum, Marcum, Bartholomaeumque, eisque dixi: agite, sepulcra

فتعجّبت منه واذا الروح القدس قد قالت لى سمعت هذا الصوت
يا يوحنا فقلت نعم. قالت هذا يشير بين يدى التلاميذ
اصحابك وهم مقبلين يسلّمون على الست المباركة مريم لانّى
اخذتهم فى بلادهم ومواضعهم وجعلت لهم مراكب يركبون عليها
فى السحب المنيرة الى هاهنا وانّى عرفت لسمعان الصفا فى رومية
وهو يريد يتقدّم الى الهيكل القدس ليقدس القربان لانه كان
عنده وقلت له اذا انت اتممت القداس فاذهب الى بيت لحم
فانّ والدة معلّمك قد دنا نقلتها من هذا العالم وبعد ذلك
لبولص وهو داخل من رومية نحو خمسين غلوة وكان يجادل
اليهود واليهود يفترون عليه ويقولون ان مثل كلامك لا يقبل
لانّك تكرز على اسم المسيح وانت من اهل طرسوس ونحن نعرفك
انّما انت انسان نصرانى مسكين[a] واخذت
باسم يسوع تدور وتسأل به فعرفته الخبر
فقام لوقته وخرج وبعد ذلك لتوما فى ارض الهند
والسند الداخلة وهو جالس عند سرير
ابنة الملك وقد اعمدها فنهض الى الكنيسة
وصلّى وسار وبعد ذلك لمتّى ثم ليعقوب
فلما اعلمت الاحياء منهم مضيت الى
الاموات منهم فيلبس واندراوس اخو سمعان
الصفا ولوقا وسمعان القنانى ومرقص وبرتلماوس
وقلت لهم قوموا واخرجوا من قبوركم ولا

---

a) مساكين

Iesus Christus. Tum lacrimae eius manabant, coepique eas veste mea abstergere; flebamque ego, et flebant virgines, et ob eam valde dolebant. Dixique ei: si quidem Christum genuisti, et haec opera, promissiones et testimonia habeas, num egredi ex hoc mundo vano, caduco vereris, ob eumque doles? Quisnam tandem reliquorum, qui infra te positi sunt, status erit, quomodo se habebant cum hinc migrabunt ad id, quod quale sit ignorant, quidque sibi eventurum sit? Nam coronas lucidas a filio tuo accipies et capitibus omnium iustorum ac piorum impones, itemque poena perpetua instabit eis qui meruerint. Quare ne moereas neve doleas, o beata; nam Spiritus Sanctus Ephesi mihi dixit, socios meos et reliquos huc conventuros et ad te inclinatos, tuam rogaturos benedictionem esse, sicut David propheta dixit: omnes populi venient et coram te adorabunt tibique se humiliabunt omnes tribus gentium, et patrum tuorum loco facti sunt filii. Et dixit mihi iterum incende thus et ora; et thus incendi dixique: domine ac Deus mi, Iesu Christe, audi precem meam, audique vocem genitricis tuae, et quae ei promisisti, perfice. Fiat voluntas tua et desiderium patris tui coelestis, quemadmodum in ea habitasti et luxisti volenter ac lubenter. Et tibi convenit laus ab angelis et omnibus creaturis. Et precibus meis

المسيح عند ذلك[a] سالت دموعها وجعلت امسحها بثوبى وبكيت انا وبكين العذارى وحزنوا عليها حزنا كثيرًا فقلت لها اى كنّتى انتى ولدتى المسيح ولك هذه الاعمال والمواعيد والدالّة تجزعين من فراق هذا الدنيا الباطلة الزايلة وتحزنين عليها فما بال غيرك من هو دونك كيف يكونون وقت خروجهم منها الى ما لا يعلمون ما يكون وما يلقون لانّه من عند ابنك تخرج الاكلّة المنيرة وتضع على روس ساير الصديقين والصالحين وكذلك العذاب الدايم[b] لمن يستحقّه فلا تجزعين فلا تحزنين ايّتها المباركة فقد قالت لى روح القدس فى انفسس انّ جميع الخلايق وغيرهم ياتون الى هاهنا ويسجدون لك ويتباركون منك كما قال داود النبى[c] جميع الشعوب ياتون ويسجدون قدامك ويتضرعون لك جميع قبايل الامم وبدل ابايك صاروا بنون فقالت لى ضع بخور ايضًا وصلّى فوضعت البخور وقلت ربّى والاهى يسوع المسيح اسمع صلاتى واسمع صوت والدتك واوفى لها بوعدك الصحيح وليكن هواك ورضى ابنك السماوى كما كان حلولك واشراقك فيها بمشيئتك ومحبّتك ولك يحقّ التسبيح من الملايكة وجميع الخلايق فلمّا تمّت صلاتى اذا بصوت عظيم يقول امين

a) Cod. prius سالت العذارى وحزنوا عليها حزنا scripserat, sed post litura obduxit. b) العذايم c) Ps. 72, 11 memoriter recitavit; quae autem sequuntur, sive Lucae 1, 11, sive Mal. 3, 24 debentur.

beata in mulieribus, noli contristari, nam tu magna cum laude et gloria ex hoc mundo caduco, ad paradisum aeternum egredieris. Et vehementer de me gavisa est, consedique eique rem meam exposui. Tum ad virgines accessi eisque benedixi. Deinde mihi dixit: incende thus et pro me ora. Et ita feci; et inclinatus dixi: o domine ac Deus mi Iesu Christe, monstra miracula genitricis tuae et aufer eam ex hoc mundo magna cum gloria, sicut ei promisisti, eique gloriam et magnitudinem tuam cum angelis et electis tuis ostende, ut fideles te collaudent et exhilarentur, et ut timeant qui te cruci affixerunt et negarunt, te esse Christum, Dei filium, a mundo ad eos redimendos speratum, et hanc dominam esse genitricem tuam testimonio coelestium ac terrestrium, tu, cui sit laus et gloria in saecula. Amen. Et finitis precibus, domina mihi dixit: o sancte Ioannes, magister tuus se, cum e mundo hoc migrarem, apud me fore una cum angelis et electis suis pollicitus est, et me ita cohonestatum iri. Dixique ei: veniet ut ipsum videas et verbo suo satisfaciet. Tum dixit: o Ioannes, Iudaei decreverunt, cum ex hoc mundo discesserim, corpus meum capere et igni comburere. Dixique ei: ne timeas; nec Iudaeis, nec aliis ulla in te potestas nec vivam nec mortuam concessa est, quia dominus tecum est. Tum dixit: o Ioannes, ubi me sepelietis? Dixi: sicut dominus noster praecipiet

مباركة انتى فى النساء لا تحزنين فانك بسبب
وفرح [a] كثير تخرجين من هذا العالم الذى
وشيكا يحول الى النعيم الباقى ففرحت فى
فرحا عظيما وجلست وعرفتها كيف كان امرى وقدمت من
العذارى وباركت عليهم ثم قالت لى هيأ بخور وصلّى من اجلى
ففعلت ذلك وسجدت وقلت يا ربّى والاهى يسوع المسيح اظهر
عجايب والدتك واخرجها من هذا العالم بمجد عظيم كما
وعدتها واظهر لها مجدك وعظمتك مع ملايكتك واخيارك لكى
يسبح المومنون بك ويبتهجون ويرهبون الذى صلبوك ويجحدوا
انك المسيح ابن الله الحىّ المترجى من العالم لخلاصهم وان هذا
السيدة والدتك بشهادة ما فى السماء والارض الذى لك التسبيح
والمجد الى الابد امين فلما تمت الصلاة قالت لى السيّدة يا
يوحنا المبارك قد كان مُعلِّمك اوعدنى انّه عند خروجى من
هذا العالم يحضر عندى ومعه جميع
اساكر الملايكة وجميع المختارين
ويشرفنى بذلك فقلت لها هو يجى حتى تنظريه
ويتمّ قوله لك ثم قالت يا يوحنا ان اليهود قد تآمروا فيما
بينهم انا اذا خرجت من هذا العالم ياخذون جسدى ويحرقوه
بالنار فقلت لها لا تختافى [b] انّ اليهود لا يعطوا عليك سلطًا لا فى
حياتك ولا بعد وفاتك ولا غيرهم لانّ الربّ معك ثم
قالت يا يوحنّا اين تقبرونى قلتُ حسب ما يامرنا سيّدنا يسوع

---

a) وفرحا b) تخفاق

coelis; tu ancillam tuam dignam reddidisti, e qua carnem assumeres, ut voluntate tua mundo in humanitate tua appareres, ut mentes te caperent, et oculi te cernere possent, ut divinitatem tuam in carnem descendisse crederent et a peccatis suis liberarentur, exaudi preces genitricis tuae hoc tempore et Ioannem minorem, dilectum tuum, ad me mitte, qui coram te mundo mandata tua nuntiat, ut visu eius gaudeam, itemque omnes discipulos et dilectos tuos, prophetas electosque, vivos et mortuos et ut eorum visu gaudeam, antequam ex hoc mundo discedam, quia scio, te omnia efficere posse et votum meum concessurum esse. Et cum loqui desiisset, ecce nubes splendens, quae me Ioannem Epheso abstulit. Et ecce Spiritus Sanctus mihi dixit: o Ioannes mater magistri tui videre te, antequam ex hoc mundo discedat, gestit. Iam vade ad eam Bethlehem, egoque iamiam socios tuos, tam vivos, quam mortuos monebo, ut eant. Tum discipulis et ecclesiae ministris quae opus facto essent, mandavi eisque Spiritus Sancti sermonem aperui. Tum nube illa lucente ad locum profectus sum egoque in terra ambulare mihi videbar, et derepente me ad portam domus in qua domina erat, delatum videbam. Qua aperta, intravi. Et ecce ea decumbebat in lecto et inclinata orabat. Cumque preces finisset, ad eam processi et eam in pectore genibusque exosculatus, clamavi et dixi: ave, o genitrix Domini,

الذى فى السماء انت جعلتَ امتك اهلا لتتجسّدك منها لتظهر للعالم بمشيئتك بالناسوت من حَيْث تقيل عقولهم ويستطاع النظر اليك ليومنون بلاهوتك المتجسّد ويخلصون من خطاياهم اسمع صوت والدتك فى هذا الوقت واحضر لى يوحنّا الصغير المُحبّ لك والمُبْشر بين يديك للعالم بوصاياك لافرح برويته وكذلك جميع التلاميذ واحبّاءك وانبياءك واحيّارك[a] الاحياء منهم والاموات لاتنعزّا بروبيتهم قبل فراق الدنيا لانّى اعلم انّك قادر على كلّ شئ ومعطيى طلبتى فلمّا تمّت كلامها فاذا سحابة مُضية قد خطفتنى انا يوحنّا من افسس وانّنا الروح القدس تقول لى يا يوحنا انّ والدة معلّمك مرتمريم قد اشتهت ان تراك قبل نقلتها من هذا العالم فامضِ اليها الى بيت لحم وانا فيسنا[b] اعرف جميع اصحابك الاحياء منهم والاموات ليمضون فوصيت التلاميذ وخدام الكنيسة بما احتاج[c] اليه وعرفتُهم قول روح القدس ثم سرتُ الى الموضع على السحابة المضية وانا اضنّ ان امشى على الارض فلم اشعر[d] الا وانا قايم على باب المنزل الذى كانت فيه السيدة ففتحت ودخلت واذ هى ملقاة على سريرها ساجدة تصلّى فلما فرغت من صلاتها تقدّمت اليها وقبّلتُها على صدرها وركبتها وصحتُ وقلت السلام عليك يا والدة الربّ

---

a) واحـبّـاوك quod emendandum esse existimavi. b) Ex فى الساعة correptum. Caeterum vid. Humbert Guide de la conversation Arabe. Paris 1838. pag. 264—267 passim. c) Impersonaliter adhibitum est. d) Vide pag. 14 not. e.

siverant, eis exposuit, et in oculis earum magni aestimata erat. Et ante lectum eius dormiebant magnaque eius miracula. die noctuque videbant. Et primum quidem miraculorum quibus intererant, suavissimus odor erat, qui exhalabatur, locumque in quo erat, implebat. Et quotiens homines, morbo vel dolore affecti ad eam veniebant, iis benedicebat, qui simulatque ad eam prostrati et pedes eius osculati erant, omni dolore convalescebant, dum ipsa pro eis orabat, ut convalescerent; et circa eam multas laudes audiebant. Et cum ita esset, ecce nocte illa Gabriel angelus, ad eam venit eique dixit: fortis sis, o beata ne timе, surge migra Bethlehem ibique habita, donec dominum videris. Cumque illuxisset, tres virgines convocavit eisque dixit: egredimini, filiae meae; et sumptis thuribulo et thure ita fecerunt. Erantque istae virgines ex filiis hominum ...... Hierosolymis. Nomen unius ex iis ...... erat, alteriusque ...... et tertiae ...... Eratque is dies feria quinta, qua cum tribus virginibus Bethlehem domina migravit.

Caput alterum.

Cumque esset dies Veneris, aegrotare coepit domina sumptisque thure ac thuribulo precata est et dixit: o domine ac Deus mi, Iesu Christe, aeterne, qui es in

كلّما اتاها قوم بهم علّة او وجع فتبارك عليهم
فيبرون من جميع اوجاعهم عند ما يسجدون لها
ويقبّلون قدميهم * واما هى[a] فكانت تدعوا لهم فيبرون
وكانوا يسمعون حولها تسبيحًا كثيرًا فبينما هى كذلك واذا قد
اتاها فى تلك الليلة جبرائيل الملاك وقال لها تقوى يا مباركة ولا
تفزعى وانهضى امضى الى بيت لحم وكونى هناك حتى تنظرين
الربّ فلما اصبحت دعت الثلاث عذارى وقالت لهم اخرجوا يا
بناتى وقدمن المجمرة والبخور ففعلن ذلك وكنّ
هو هولاى العذارى من بنات اناس دو رفعة
ببيت المقدس اسماء احداهن . كنه[b] والاخرى
دو رفعة والثالثة نعمة وكان ذلك اليوم يوم
الخميس خرجت السيّدة والثلاث عذارى الى بيت
لحم

السفر الثانى

فلما كانت يوم الجمعة توجّعت السيّدة مرتمريم المباركة واخذت
البخورَ والمجمرة وصلّت وقالت يا ربّى والاهى يسوع المسيح الازلى

---

a) وهى b) Locum exhibui qualis in cod. exstat, nihil mutare ausus, quia quotquot de istarum virginum nominibus libros consului, nihil ex eis didici. Corruptela vero quin lateat in vocibus رفعة دو quae bis leguntur et lin. 11 et lin. 13, ut vix dubito, ita ne levissime quidem suspicor, quomodo tolli possit.

eius erat prope domum Iosephi et Zion. Cumque quadraginta fere dies post hanc rem abissent, domina questa est et omnes mulieres vicinas convocavit eisque dixit: salvete sorores meae; Bethlehem ire volo ibique domum meam habitare, quia Iudaei me ad sepulcrum et Golgotha orare vetuerunt, ne propter me tumultus oriretur. Et si quae mecum ire volet, veniat; nam dominum meum qui est in coelis, confido promissis staturum et certa sum, si quid eum rogaverim, id et mihi et vobis eum concessurum esse. Et apud se ipsam de verbo Gabrielis et de eius ad eam sermone meditabatur: tu egredieris ex hoc mundo ad vitam aeternam et ad paradisum sempiternum, et ex ista meditatione solatium capiebat. Tum accesserunt ad eam tres mulieres, virgines, sanctae quae serviebant ei eiusque res administrabant, eique dixerunt: nos tecum ibimus, nec te relinquemus, tibique servientes vivere morique optamus, quia propter te familiam atque rem nostram reliquimus, teque elegimus et secutae sumus, ut per te salutem, gratiam misericordiamque adipisceremur a domino, qui natus est ex te. Tum iis benedixit easque accepit. Diligebat autem eas vehementer, et in eius servitio perseverabant et eam rogabant, ut sibi exponeret, quomodo sine congressu virili concipere et illaesa virginitate parere potuisset. Et illa pro magno in eas amore quod quae-

المنزل الذى لى هناك اذ كانوا اليهود يمنعونى من الصلاة عند القبر والجلجلة ويقع السجس من اجلى فمن كان يريد يجى معى فليجى فانّى متوكّلة على ان[a] ربّى الذى فى السماء واف[b] واثقة انّ كلّ شى اطلب منه يعطينى واياكم وكانت تفكر فى نفسها بكلام جبرايل الملاك وقوله لها انّك تخرجين من هذا العالم الى الحياة الدايمة والى النعيم الذى لا يزول وكانت تتعزّا بهذا الفكر فتقدم اليها ثلاث نسوة عذارى قدّيسات كنّ يخدمن بين يديها يقضين حوايجها وقلن لها نحن نمضى معك ولا نتركك ونشتهى نحيا ونموت فى خدمتك لانّنا من اجلك تركنا اهالينا وكلّ شى كان لنا واخترناكى وتبعناكى لنقتفى بك البركة والنعمة والرحمة من الربّ الذى وُلد منك فباركت عليهم وقبلتهم وكانت تحبّهم جدًّا وكنّ ملازمات خدمتها وكانوا يسألوها ان تعرفهم كيف كان حبلها بغير لقى رجل وكيف كانت ولادتها والعذرية باقية وكانت بمحبّتها لهم تعرفهم كما يسالونه عنه وكانت معظّمة فى اعينهم وكانوا يناموا بين ايادى سريرها فكنّ يرين عجايب عظيمةً منها فى الليل والنهار فاوّل عجبًا عاينوا بخور طيب كثير كان يخرج ويملا الموضع الذى كانت فيه وكانت

a) Deest in cod. b) وافى

O domina Maria: memento peccatorum quae coram Deo fecisti, et quo propter te et propter filium tuum delati simus; et nos te rogamus, ut ne amplius ad hunc locum venire velis, ne quis alius per te in suspicionem veniat, et ut malum praecidatur, et cum precari voles, precare una cum multitudine et delectare legibus Moysis; nam omnia peccata tua quae fecisti, tibi condonabuntur. Nosque Deum invocabimus, ut tui misereatur, et intra et exi cum multitudine unoquoque Sabbato una cum sociis tuis, et capiti tuo Thoram imponemus, ut misericordia Dei in te habitet. Nec etiam recedemus a te, quin te omni tempore quaeremus; et cum fueris aegrota, tubam inflabimus et sanaberis. Quod si nos non audieris nec quae tibi proposuimus, feceris, egredere Hierosolymis Bethlehem; nos enim non patiemur, te ad sepulcrum et Golgotha amplius precari, ne quis alius per te in suspicionem veniat et tumultus inter homines oriatur. Et Maria immaculata eis respondit et dixit: haud decet vos isto sermone versus me uti, et nihilominus vos non audiam, nec desiderio vestro obtemperabo. Tum Iudaei, valde irati, ab ea discesserunt, quia vespera eis iam supervenerat. Cumque mane esset, ad eam redierunt et quae antea dixerant, repetiverunt. Tum pollicita eis est, se Bethlehem migraturam esse, ut tumultus compesceretur. Et domus

اذكرى الخطايا التى عملتى قدام الله ومنا نحن مدفوعين اليه من اجلك ومن اجل ابنك ونحن نسالك ان تكفى نفسك عن المضى الى ذلك الموضع لئلا يتشبّه بك غيرك ولينقطع الشرّ واذا اردتى الصلاة a) فصلّى مع الجماعة وتسرّى b) بنواميس موسى فانّ كلّ خطاياكى التى عملتى تغفر لك ونحن ندعوا الى الله ان يرحمك فتدخلين وتخرجين مع الجماعة فى كلّ سبت فى جملة اصحابك ونضع التوراة على راسك لتحلّ عليك الرحمة ونحن ايضًا ليس نتخلّى عنك بل نفتقدك فى كلّ وقت واذا كنتى مريضة نصرخ بالقرن ونبرين وان لم تقبلين منّا وتفعلين ما رسمنا لك فاخرجى من بيت المقدس الى بيت لحم فانّنا لا نتركك تصلّين عند القبر والجلجلة لئلا يتشبّه بك غيرك ويقع السجس بين الناس فاجابتهم مريم الطاهرة وقالت ما كان ينبغى لكم ان تستقبلونى بهذا الكلام ومع هذا فانّى لم اقبل منكم ولا اتبع هواكم فخرجوا اليهود من عندها بغضب شديد لانّ المساء كان قد ادركهم ولما كان بالغداة اتوا اليها وقالوا لها مثل كلامهم الاوّل فوعدتْهم انّها تمضى الى بيت لحم لينقطع السجس ومنزلها كان قريب من منزل يوسف ومن صهيون فلما كان بعد ذلك نحو اربعين يومًا اشتكت السيّدة فدعت كلّ النسوان من جيرانها فقالت لهم السلام عليكم يا اخواتى اريد المضى الى بيت لحم واسكن فى

a) الصلا b) تسبرى

te interrogarem, quemadmodum inter reges fieri par est, ut Iudaeos pro me punires et ab eis vindictam sumeres propter quae ei fecerunt. Nam si id scivisses antequam cruci adigeretur, res longe aliter cecidisset; et te latet, cur id quod tibi dixi susceperim; praeferoque hac in re, te voto meo satisfacere et poenas sumendo id ad quod ego paratus eram, perficere Id confido et ob id tibi gratias ago. Cumque Tiberius rex literas Abgari legisset, horruit tremuitque et vehementer commotus est, et Iudaeos interficere cogitabat eaque de re ad socium suum scribebat. Quod cum Hierosolymitani audissent, magno terrore perculsi, ad praefectum confugerunt et magna pecunia data, eum rogabant ne istud accideret propter Mariam et ex ea natum, ne Hierosolymae vastarentur in sempiternum. Et dixerunt ei: sane necavimus eum, quia filium Dei se esse dicebat, seque ad pedes eius provolvebant, ut quae ipsis et civitati suae salutaria essent, faceret; et ut ad regem scribens caussamque exponens mitius iudicium ab eo postularet, et ut ad Mariam iret eamque moneret, ne in posterum veniret et ad sepulcrum vel Golgotha preces faceret, ut radix mali praecideretur. Praefectus autem dixit: ite et comiter erga eam agatis eique quae vobis videbuntur, dicite. Tum sacerdotes ad eam properabant et dixerunt:

على بعضهم بعض ان تنتقم لى من اليهود وتاخذ منهم الحق لما صنعوا به فلو علمت به قبل ان يصلب كان الامر غير ذلك فيخفى عليك لما صرت الى ما ذكرته لك وآثرت[a] فى هذا انك[b] تعمل فيه مسرتى وتستوفى بحق الجناية ما اعتد به واسكن اليه واشكرك عليه فلما قرأ طباريوس الملك كتاب ابحسر فزع وارتعد وجزع جزعًا شديدًا واراد[c] قتل اليهود وكتب الى صاحبه بذلك فلما سمع اهل بيت المقدس بذلك فزعوا فزعًا شديدًا وطرحوا انفسهم بين يدى الوالى واعطوه مالًا عظيمًا وسألوه ان لا يجرى[d] هذا الامر من اجل مريم والمولود منها فيتخرب بيت المقدس الى الابد وقالوا له انما قتلناه لأنه قال انه ابن الله وجعلوا يتضرعون اليه ان يعمل فى هذا ما يُصْلِحُ حالَهُمْ وحال بلدهم وان يكتب الى الملك يلطف بالقضية عنده بما يبسط العذر وان يتقدم الى مريم ويعرفها ان لا تأتى ايضًا ولا تصلّى عند القبر والجلجلة لينقطع اصل الشرّ فقال الوالى امضوا انتم وتلطفوا بها وقولوا لها كما ترون فذهبوا اليها الكهنة وقالوا لها يا مريم

---

a) Cod. num اقرت an انرت habeat, incertum est. b) . . . اذ c) آرد d) In cod. prius عليهم additum, sed post deletum est.

visa est et inclinata domum rediit. Tum custodes ingressi, sacerdotibus narrarunt, eam ut oraret venisse. Et erat ea de re magnus tumultus Hierosolymis. Et sacerdotes ad praefectum venerunt eique dixerunt: mitteret ad eam vetaretque eam ad sepulcrum venire ibique orare. Cumque de ista re deliberarent, epistola Abgari regis Edessae ad Tiberium regem venit, in qua ita dicebat: apud nos est discipulus, qui unum se e septuaginta duobus Christi discipulis esse perhibet, et multorum hominum morbos sanavit, ac signa mirabilia fecit in nomine huius Christi; exstruxitque ecclesiam, multique ei fidem dederunt, et me docuerunt, quisnam fuerit hic Christus et quae apud vos miracula perpetraverit, ita ut amor eius in cor meum incideret; et eum, cum apud me vel in mea ditione esset, vidisse optarem, et magnum dolorem cepi ex eo quod Iudaei eo fecerunt, et quod eum in crucem adegerunt, etsi nullam contra eum caussam quae id postularet inveniebant, quamquam inter eos miracula et multa bona perpetravit. Et cum omnibus sociis Hierosolymas profectus sum, ut eas vastarem, quique ibi sunt Iudaeos omnes interficerem, ut tu ab eis vindictam sumeres. Sed cum expeditio parata esset, cogitatio mihi in animo orta est, verebarque ne Tiberi rex, mihi irascereris, et bellum inter nos oriretur; quare bonum censui, ut ad te scribens,

لمين فلمّا سمعت السيدة ذلك فرحت وسجدت ورجعت الى
منزلها فدخلوا الحراس واخبروا للكهنة انّها خدمت الست وصلّت
وكلّن ببيت المقدس بحس عظيم من اجل ذلك وان الكهنة
دخلوا الى الوالي وقالوا له ان يرسل اليها ويامرها ان لا تاتي الى
القبر ولا تصلّي هناك وبينما هم يجولون في هذا الامر اذ وافا كتاب
من ابجر ملك الرها الى طباريوس الملك يقول فيه هاكذا انّ
عندنا تلميذ ذكر انه من بعض تلاميذ المسيح الاثنين وسبعين
وقد ابرا جمّةً من الناس من امراض وقد عمل ايات عجيبة باسم
هذا المسيح وقد ابتنا كنيسة* وانقاد اليه خلقًا من الناس
وخبروني ما كان من هذا المسيح وما صنعه عندكم من العجايب
ووقع حبّته في قلبي وقد اشتهيت ان اكون قد نظرت اليه اذا
كان عندي او في عملي وغتميتُ بما عملت به اليهود وانّهم
صلبوه من غير ان يجدون عليه حجة فلوجدت
ذلك معما عمله بينهم من العجايب
وكثرة* المنافع والى سرت في جملة الحاق
لكنني اصير الى بيت المقدس واخربها واقتل
جميع من فيها من اليهود وتاخذ منهم
الحق فلما بلغت الغزاة حدث لي فكر في
نفسي وخشيت ان تحتدّ عليّ يا طيباريوس
الملك في نفسك ويقع بيننا حرب فاريت
ان اكتب اليك اسألك كما يجب للملوك

---

a) كنيسها b) وكثيرة

elevatis dicere: o domine ac Deus mi ago aufer me ex hoc mundo malo, nam timeo, ne inimici Iudaei morte me afficiant; ii enim quotiens in hoc sancto loco precor, me impugnant, ii quidem mihi comminati sunt et naturali sua malignitate inducti, propter te aquam tribulationis mihi praebuerunt; sed eos vici, eorumque dolos superavi, et lingua mea confutavi eos propter meam in te fidem, et tua virtute oculi eorum occaecati sunt mentesque confusae, nec malo afficere me potuerunt; quare ne auferas a me auxilium tuum. Et custodes quoque, urbem ingressi, sacerdotibus dixerunt: non venit quisquam, ut oret apud sepulcrum et Golgotha, nisi Maria quotidie, mane ac vespere. Dixeruntque eis: cum venerit, lapidibus eam obruite, nam digna est, quae lapidetur, quia filios Israel ignominia affecit. Sed custodes dixerunt: nos quidem id non faciemus, verum certiores facimus vos, ut de ea agatis quidquid volueritis. Et cum esset dies Veneris, pro more suo iterum ivit; et cum oraret, oculos ad coelum elevavit, ac coeli portas apertas vidit. Et ecce Gabriel, angelorum princeps, ad eam descendit, et versus eam inclinatus, dixit: ave, gratia plena, pervenerunt preces tuae ad dominum Christum, natum ex te; annuit is voto tuo, meque misit ut tibi nuntiarem, te assumtum iri ex hoc mundo ad vitam aeternam in saecula saeculorum. Amen. Quibus auditis, domina ga-

والآن ارسلْ خذنى من هذا العالم السو لاننى فزعة من اليهود الاعداء القتلة لانّهم يقاتلونى انا صلّبت فى هذا الموضع المقدس وهم الذين وبّخونى وسقونى ماء التجربة [a] بخبث انفسهم من اجلك الا اننى ظفرت بهم وغلبت كيدهم وضربتهم بشفاى براى امانتى بك وبقوتك عميت ابصارهم ذهلت [b] عقولهم ولم يقدرون ينالونى بمكروه فلا تخيّبنى من معونتك وانّ الحراس ايضًا دخلوا الى المدينة وقالوا للكهنة [c] ليس يجى احد يصلّى عند القبر والجلجلة الا مريم كلّ يومٍ بالغداة والعشاء فقالوا لهم اذا هى جات فارجموها بالحجارة لانّها تستاهل الرجم انا فضحت بنى اسرائيل فقالوا الحراس نحن لا نفعل ذلك بل نعلمكم لتعملوا ما اردتم فى امرها فلما كان يوم الجمعة ذهبت ايضًا لعادتها فبينما هى تصلّى رفعت عينيها الى السماء فرات ابواب السماء مفتوحة واذا جبرائيل رئيس الملائكة قد نزل اليها وسجد لها وقال السلام لك يا ممتلية من النعمة قد ارتفعت صلاتك الى السيّد المسيح المولود منك قد قبل طلبتك وقد ارسلنى اليك لاعرفك انّك ستطين من هذا العالم الى الحياة الدايمة الى ابد الابدين

---

a) 1 Reg. 22, 27; Jes. 30, 20. b) In cod. وحهلت, ut videtur.
c) الكهنة

petuam in paradiso aeterno adipiscantur. Et par est praestantissimae laudatissimaeque genitricis eius gloriam celebrare, occultae cum viveret et cum migraret ad id quod nec oculus vidit nec auris audivit, nec in mentem hominis venit, cuius deprecationem speramus exspectamusque, ut veniamus ad sedem splendentem gloriamque egregiam. Et vos certiores facimus, o fratres carissimi, beati electique, qui e tenebris rebellionis et inobedientiae ad lucem obedientiae et institutionis transiistis, feria tertia, medio die, dominam Mariam, virginem immaculatam domo sua egressam esse et abisse, ut ad sepulcrum Christi et ad Golgotha oraret salutemque quaereret, uti quotidie facere solebat. Iudaei vero magno ad portam sepulcri saxo provoluto dixerunt: non patiamur, quemquam ad sepulcrum et Golgotha precari, et quem videbant, prohibebant lapidibusque obruebant; et sumserant crucem Christi crucesque latronum, hastamque qua perfossus est Dominus noster, Iesus Christus, et vestes quibus indutus erat, et clavos et coronam spineam quae capiti eius imposita erat, et lintea quibus eum vestiverant cum sepeliretur, eaque omnia loco quodam absconderunt eiusque rei famam occuluerunt, et qui isto loco praeteribant, eos interdicto afficiebant; veriti ne quis regum veniret et ea de re inquireret. Sed custodes videbant, dominam Mariam quotidie venire et ad sepulcrum et Golgotha preces fundere et vultu in terram coniecto diu, manibus

نقلتها الى ما لا تراه عين ولم تسمع به اذن ولم يخطر على قلب بشر الذى نتوسل ونرجو شفاعتها نصل الى الدرجة الجليلة والغبطة الصالحة نسعد منك ايها الاخوة الاحبا المباركين المختارين الخارجين من ظلمة الطغيان والعصيان الى نور الطاعة والهدى انه كان فى يوم الثلاثاء النصف من النهار خرجت السيدة مرتمريم العدرى الطاهرة من بيتها وذهبت تصلى عند قبر المسيح والجلجلة وتتبارك كما جرت عادتها فى كل يوم وكانوا اليهود قد جعلوا[a] على باب القبر حجرًا عظيمًا وقالوا لن نترك احدا[c] يصلى عند القبر ولا عند الجلجلة ومن راوه يمنعوه ويرجموه بالحجارة وكانوا قد اخذوا صليب المسيح وصليبى اللصين والحربة الذى طعن بها سيدنا يسوع المسيح والثياب التى كانت عليه والمسامير واكليل الشوك الذى وضع على راسه والاكفان التى البسوه وقت ان قبر وطمروا جميع ذلك فى موضع واخفوا امره واجعلوا على من عبر بموضعه حرومًا لانهم خافوا ان يجى احد من الملوك يسألهم عن ذلك فكانوا الحراس ينظرون مرتمريم تجى كل يوم وتصلى عند القبر والجلجلة وتسجد على وجهها ساعة طويلة وترفع يديها[d] وتقول يا ربى

a) جعلو. b) نتركوا. c) احد. d) يداها.

lutem nanciscebatur quicunque nomine eius ad eum veniebat. Et derepente Ioannes eis apparuit, dicens: salvete neve moerete, fratres mei beati, nam dominus noster Iesus Christus, qui cum in ligno crucis esset, de domina Maria mihi dixit: haec est mater tua, sume eam ad te, eique dixit: vade cum eo; Deus laborem operamque vestram remunerabitur, egoque vobis historiam quae apud me est, integram do. Tum ab eis discessit. Cumque, ecclesiae portis apertis, ingressi, ad locum fontis salutandum venissent, librum in ara collocatum viderunt, quo sumpto valde gavisi sunt, eumque homini qui multitudini recitaret, dederunt; eratque in eo hebraice latine graeceque patrum, prophetarum discipulorum reliquorumque testimonium.

Caput primum.

Nomine Dei, domini nostri et Dei nostri et servatoris nostri Iesu Christi, nati ex patre ante omnia saecula, et incarnati ex immaculata virgine Maria, ut similis esset hominibus, in tempore extremo, lubens volensque, ut mundum ex potestate diaboli rebellis redimeret; eosque luce pientissimae praestantissimaeque divinitatis suae ex tenebris inobedientiae eripuit; id quod non potest, nisi deus coeli ac terrae eorumque quae in eis sunt. Cuius beneficentia et clementia in eos quos sua manu creavit, descendant, ut qui in eum credunt, vitam per-

عليكم لا تحزنوا يا اخوتى المباركين فان سيدنا يسوع المسيح الذى قال لى وهو على عود الصليب من اجل السيدة مرتمريم هذه امك خذها اليك وقال لها امضى معه يثيبكم الله على تعبكم وعناكم وانا اعطيكم القصّة الذى عندى بجميع ما كان كاملًا وغاب عنهم فلما فتحوا ابواب الكنيسة دخلوا يتباركون من الموضع الذى فيه البركة فوجدوا الكتاب موضوعًا على المذبح فاخذوه وفرحوا به فرحًا شديدًا واعطوه لمن قراه على الجماعة وكان فيه بالعبرانى والرومى واليونانى شهادة الاباء والانبياء والتلاميذ وغيرهم

السفر الاوّل

بسم الله ربّنا والاهنا ومخلّصنا يسوع المسيح المولود من الاب قبل كلّ الدهور المتجسّد من مرتمريم الطاهرة العذرى ليجنس البشر فى اخر الازمان بمشيئته وارادته لخلاص العالم من مملكة الشيطان العاصى وانارهم بنور لاهوته الرحومة المتفضّلة من ظلمة المعصية الذى لا يقدر على ذلك احدٌ غيرُه الاه السماء والارض وما فيهم احسانٌ منه ورافته على خلقة يده ليكسب المومنين به الحياة الدايمة فى النعيم الذى لا يزول فيجب ان نعظم[a] والدته ونغبط[b] بها ذى الغبطة الشريفة الخفية فى حياتها وعند

a) تعظم Schult. ad Hiob. 9, 5; Gesen. ad Ies. 5, 13.
b) وتغبط

Ioannem apostolum. Et eos rogabant, ut codicem simulatque ad ipsos pervenisset, in suum usum describerent, ut apud ipsos quoque Hierosolymis esset, quo Iudaeos confutarent, et voluptatem caperet quicunque eum recitari audiret, ut in precibus suis eos memorarent omni tempore. Et epistola ad montem Sinai perlata, statim ad episcopos Romanum et Alexandrinum ea de re per nuntios eo properantes scripserunt eamque apud eos quaesiverunt, quam cum non invenissent, Ephesum duo viros miserunt. Cumque advenissent, noctu thus offerre matri domini nostri Iesu Christi non cessarunt [dicentes: o domine noster, Iesu Christe] tu Ioannem apostolum elegisti eumque magis quam socios eius dilexisti et ab hominibus occuluisti, cum ei diceres: servabit mihi fidem; si placuerit tibi, eum nobis ostendere, ut nobiscum loquatur nosque edoceat huius rei historiam una cum miraculis et magnalibus coram matre tua et eius nomine factis, cum eam ad paradisum aeternum transferres, fiat voluntas tua. Accidit id vigesimo quinto die mensis Canun prioris, die domini Christi natali anni CCCXLV Alexandri. Tum apparuit domina Maria immaculata Ioanni, dicens: o fili mi, da librum tuum, qui migrationis meae ex hoc mundo historiam continet, viris e monte Sinai ad te profectis, ut sit Deo causa gloriae. Erat Ephesi in ecclesia Ioannis locus, ubi commeari salusque quaeri solebat, et fons scaturiebat unde sa-

المقدّس ليبهتوا بها اليهود. ويقنع بها من يسمعها
ان يذكرونهم فى صلواتهم فى كلّ حين فلما وصل
الكتاب الى طور سينا كتبوا لوقتهم الى اساقفة
الرومية والاسكندرية من اجلها على يدى رسل قاصدين
فطلبوها عندهم فلم يجدوها فارسلوا الى افسس رجلين فلما
وصلوا قاموا بالليل وضعوا[a] البخور لوالدة سيدنا يسوع
المسيح [قايلين يا سيّدنا يسوع المسيح][b] انت الذى
اخترت يوحنّا التلميذ واحببته. افضل من
اصحابه واخفيته[c] عن الناس لما قلت له ان يقيم لى امانتى
ان كان لك هوا ان ترينا اياه ليكلّمنا ويعلّمنا بخبر هذه القصّة
التى فيها العجايب والتسابيح التى اوريت قدام والدتك
وعلى اسمها حين نقلتها الى النعيم الذى لا يزول فليكن
هواك كان ذلك فى خمسة وعشرين يومًا مضت من كانون
الاوّل[d] فى مثل اليوم الذى ولد فيه السيّد المسيح فى سنة
ثلاث مائة وخمسة واربعين من سنى الاسكندر. فاريت
السيّدة مرتمريم الطاهرة ليوحنّا قايلة يا بنى ادفع الكتاب
الذى عندك فيه قصّة حكاية خروجى من هذه الدنيا الى
الرجال الذين يجيون اليك من طور سينا لتكون سبب
التسبحة لله وكان فى كنيسة يوحنّا فى افسس موضعًا يقصد
ويتبارك منه وينبع بركة ويعطى بها الشفا لمن ياتيه على
اسمه فلم يشعرون[e] الا ويوحنّا قد ارى لهم قايلا السلام

a) فضعوا b) Quae uncis inclusi, addenda existimavi. c) De Ioannis sive morte sive assumptione vid. Baron. ad ann. 101. d) Deest. e) De hac locutione rem improvisam significante vid.

lippo. Qui altari serviebant, et sub eis erant trecentae ac viginti arae in monte sancto. Et Cyriaco, episcopo Hierosolymitano, scripserunt eumque rogarunt, ut sibi mandaret historiam dominae, et quomodo ex hoc mundo egressa esset, et ut sibi evangelium, gloriam et miracula, isto tempore facta, exponeret. Et sanctus episcopus epistola lecta, ministros ecclesiae arcessivit eosque interrogavit, et dixit: anquirite libros. Nec quidquam invenerunt nisi librum a manu Iacobi, fratris domini, episcopi Hierosolymitani, quem primum omnium Iudaei necarunt: anno Alexandri trecentesimo quadragesimo quinto, die natali domini nostri Iesu Christi, qui est dies Solis, decimus quintus mensis Ab sive Augusti, domina Maria ex hoc mundo migravit, praesentibus domino nostro Iesu Christo et me, advenientibusque omnibus angelis creaturisque ad habitationem eius in Bethlehem et Gethsemane antequam mortua est. Et scito, sex capita, quibus consignata est historia dominae Mariae immaculatae integra, et transitus eius et miracula quae fecerat omnia, apud Ioannem, filium Zebedaei, evangelistam, quem Iesus Christus dominus noster diligebat, esse, et eius socios apostolos testimonio suo subscripsisse, vera esse quae is retulisset. Et ad literas e monte Sinai datas responderunt eosque certiores fecerunt, historiam quidem se non invenisse. Sed Iacobi episcopi testamentum invenerunt, historiam esse Ephesi apud

الشريف فكتبوا الى قوراكس اسقف بيت المقدس يسالوه ان يكتب لهم قصّة السيّدة وكيف كان خروجها من هذا العالم وان[a] يصف لهم التبجيل والكرمة والعجايب التى ظهرت فى ذلك الوقت فلما قرأ الاسقف القدّيس الكتاب احضر خدام الكنيسة وسألهم وقال لهم فتشوا الكتب فلم يجدوا شىّ سوى كتاب بخط يعقوب اخو الربّ الذى كان اسقف على بيت المقدس وهو الاول الذى قتلوه اليهود ان فى سنة ثلاث مائة وخمسة واربعين من سنى الاسكندر فى مثل اليوم الذى ولد فيه سيدنا يسوع المسيح وهو يوم الاحد فى خمسة عشر يوما مضت من شهر اب الذى هو اغسطس كان خروج السيدة مرتمريم من هذا العالم بمشاهدة سيّدنا يسوع المسيح ومشاهدتى ومجى ساير الملايكة والخلايق الى موضعها فى بيت لحم والجسمانية قبل ان تتوفّى وتعلم ان الستّة اسفار المكتوب فيها قصّة السيدة مرتمريم الطاهرة بكمالها وكيف كان انتقالها وجميع العجايب الذى خرجت عند يوحنّا ابن زبدى الانجيلى الذى كان يودّه سيّدنا يسوع المسيح وخطوها[b] اصحابه التلاميذ بشهادتها * بان ما[c] ذكر فيها ثابت وكتبوا الى اهل طور سينا جواب كتابهم وعرفوهم انّهم لا يجدون القصّة بل وجدوا وصية ليعقوب الاسقف بان القصّة عند يوحنّا السليح فى افسس ويسالوهم اذا احصلت لهم النسخة يكتبوها لهم لتكون عندهم ببيت

---

a) Cod. كيف offert, calami, ut videtur, lapsu e praegresso كيف ortum. b) وخطوطها c) بما

diturum esse. Itemque dixit: ecce ista est virgo, quae concipiet et filium pariet, nomenque eius dicetur Immanuel, quod significat: Deus noster nobiscum. Cumque haec domina Maria electa sanctificata sit inde ab utero matris suae, quae caste sancteque eam peperit; et tanquam sponsa e cubiculo egressa sit et agnum a pastore bono aberrantem recuperaverit, et ex ore leonis astuti, callidi, agnum ex genere humano venari meditantis eripuerit, et luce fidei suae in creatoris sui evangelium, illud ex socordiae neglegentiaeque tenebris excitaverit, gentique suae viam rectam procuraverit, et aditum ad misericordiam eius amplissimam, et iucundae tranquillitatis eius fructum, et spinarum evulsionem, truncique eversionem, loliique combustionem, et spirituum malorum fugam, et abolitionem potestatis mortis nocivae daemonumque rebellium interitum, afflictionem atque a fidelium coetu propulsionem nomine eius qui natus est ex ea, in cuius nomine sacrificia pura offerre par est, cuiusque deprecatio in mundo misero optanda est: audite o amici electi fratresque sancti, quomodo haec historia, miraculis stupendis plenissima facta sit. Erant in sancto monte Sinai, in cuius vertice Deus, cuius memoria sanctificetur, Moysi apparuit et eum propter filios Israel et Pharaonem allocutus est et per eum magna ista miracula fecit, duo sacerdotes et diaconus. Nomen unius ex sacerdotibus David erat, alterius Ioannes; diacono autem nomen erat Phi-

هو ذا العذرى تحبل وتلد ابنًا ويدعى اسمه عمّانويل الذى تفسيره الاهنا معنا فلما كانت هذه السيدة مرتمريم المختارة مقدّسة منذ كانت فى احشاء امّها وولدتها بالدكارة والنقاوة وكانت كالعروس الخارجة من خدرها وكانت خلاص لخروف الضالّ من الراعى الصالح واستنقاته[a] من فم الاسد الضارى الكايس المحتال على صيد الخروف[b] من جنس الناس وانارته[c] نور ايمانها برسالة خالقها من ظلمة سقطته وغفلته واكسبت درّيته الدالّة والدخول الى سعة رحمته والتلذّذ بنعيم راحته وقطع الشوك وهدم الجدار واحراق الزيتون وطرد الارواح السوء وابطال قوت الموت المخطى واهلاك الشياطين العتاة وضربهم وهربهم من شكلة الموميين باسم المولود منها التى ينبغى ان تعمل على اسمها القرابين الزكية وترغب شفاعتها فى العالم المغلوس اسمعوا ايها الاحبّاء الاخيار والاخوة الاطهار كيف كان ظهور هذه القصّة الكثيرة العجايب المبهرة كان فى طور سينا المقدّس الذى تراايا الله تقدّس ذكره لموسى فى العلية وانّه خاطبه من اجل بنى اسراييل وفرعون واظهر على يديه تلك العجايب العظيمة لاسيسين وشماس اسم احد القسوس دوود واسم الاخر يوحنّا واسم الشمّاس فليبس وكانوا يخدمون المذبح وتحت يديهم ثلاث ماية وعشرين مذبحًا فى جبل الطور المقدّس

---

a) واستنقاده b) للخروف c) انار به

terrerentur. Et humanitatis suae infirmitatem ostendit, ut diabolum a genere humano quantivis pretii a se aestimato depelleret, et ut id ab iniquitate liberaret ac promissis staret, in crucem ascendit, mortuus sepultusque est, ut quod de corporibus statuit et decrevit, in sua quoque carne impleret, et fidem suam contra diabolum probavit, idque non de industria fecit, ut veterum vaticinia confirmaret; et triduo post resurrexit, ut resurrectionem ita fore ignorantes doceret; et post quadraginta dies in coelos ascendit, ut apud creaturas suas confirmaretur, et apud eos et in eorum animis constitit, eum esse verum, nec putativum nec occultum, et in sinu patris, ab initio aeterni consedit, in throno maiestatis suae, corpore circumdatus; et qui intueri eum cupiunt oculi, splendore adspectus eius implentur. Iam etiam praesentiam eius celebremus, cum mater eius migraret ad locum dilectis electisque eius praeparatum, nunquam interiturum, et potentiam eius valere confiteamur ad arcessendos angelos suos coelestes electosque suos terrestres: patres, prophetas, apostolos, martyres, fideles et vivos et mortuos, ut quae mundi mulieribus praelata est, virginem immaculatam salutarent et adorarent qui diligunt eum qui ex ea corpus assumpsit, ita ut nec divinitas nec humanitas eius in aliam naturam et substantiam mutaretur; verum ut dixit Isaias propheta cum dicebat, eum tanquam palmitem e terra arida pro-

الخاطية واظهر ضعف ناسوته ليخدع الشيطان من جنس ادم المكرم عنده لما ينشا وصعد على الصليب ليخلصه من الظلمة ويقيم له بالوفا ومات وقبر ليظهر العدل على جسمه ايضا كما حكم على الاجسام وقضا واقام على الشيطان حجة دينه اليه وفعله به بغير استحقاق حديث فيما مضى وقام بعد ثلاثة ايام ليعرف الجاهلين بالقيامة انها تكون هاكذا وصعد الى السماوات بعد اربعين يوما ليتاكد عند خليقته وصح عندهم وفي عقولهم انه هو حقيقا وليس بخيال ولا بخفا وجلس في حضن الاب الذي لم يزل منذ الابتداء على كرسي عظمته متجسدا واعين من كانت مشتاقة الى نظره ممتلية من رويته بالبها فلنبتهل ايضا الان بحضوره عند نقل والدته المعظمة به الى المكان[a] المعد منه لاحباءه واخياره الغير زايل عنهم ابدا ونعترف بنفاذ قدرته في احضار ملايكته السماويين واخياره الارضيين الاباء والانبياء والرسل والشهداء والمومنين والاحياء منهم والاموات للتسليم على المفضلة على نساء العالمين العذرى الطاهرة وليسجد الذي يحبون المتجسد منها بغير احتيال من لاهوته الى غير طبعها وجوهرها ولا تغير لطبع وجوهر ناسوته الى غيرها بل كما قال اشعيا النبي انه قال[b] انه ينبت مثل القضيب من الارض العطشانة وايضا قال[c] ها

a) E margine ubi legitur . . . ال, reliqua librarii culter resecuit.

b) Ies. 53, 2. c) Ies. 7, 14 et Matth. 1, 23.

nomen eius laudant et glorificant eiusque in se gratiam confitentur, et inde misericordiam suam largiuntur pauperibus, qui gratias agunt et aerumnas suas et cupiditatibus suis obtemperandi difficultatem perferunt. Et senes ex iis ad eius misericordiam transferri se cum timore et tranquillitate exspectant; iuvenes autem sese custodiunt et Dei sapientiam maiestatemque reverentur, et mulieres humiliter laudant, et laudibus et cultu dominae, a sordibus abstinent, et sciunt, istam dominam ex ipsis esse electam, ut puram eius viam timore Dei ingrediantur, et ipsae consecuturae quod illa consecuta est donum spiritale; eamque sanctorum prophetarumque catervas adiuvare in perficiendis vaticiniis, discipulos in explicandis evangeliis martyres in assequendis coronis, quibus rebus terrestres digni fiunt, qui cum coelestibus conversentur, eosque intueantur, cumque eorum laudibus misceantur, dicentes: beatus dominus, qui filium suum nuntium misit, qui e splendore lucis eius est, et in virgine Maria apparuit, et corpore assumpto ex ea natus est Bethlehem, formamque servi tanquam velum sibi sumpsit; et factus est in amaris, ut pauperes tranquillitatem doceret, qua ab amaris eos consolaretur. Et terram peragrare non timuit ut redimeret eos, qui cum fiducia et tranquillitate et sicut divinitatem eius decet, eum quaererent, ut neglegentes e servis suis moneret, iique a peccatis suis de-

اختارهم لكرامته وخدمته الشريفة[a] الذين
ينولون عن ساير شعبه الذين منهم الاشيا
يسبّحون اسمه ويتهللون ويعترفون بنعمته عليهم ومنها
يعطون رحمتهم للمساكين ويشكرون ويصبرون على
شقايهم وقلّة نياحهم لشهواتهم والمشايخة منهم يتوقّعون
النقلة الى رحمته بالخوف والدعة والشباب يصونون ويوقّرون
حكمة الله وعظمته والنساء بتمجيد يخضعون ويتحفظون من
الدنس بتمجيد ووقار السِتّ ويعلمون ان هذه السيدة
اختيرت منهم يسلكون فى طريقها النقية بخوف الله ليبروا
مثلما رات من النعمة[c] الروحانية وان ينجح لسبات[d] الصالحين
والانبياء ببلاغ نبوّتهم والتلاميذ بايضاح بشارتهم والشهداء
بنها اكلّتهم الذى بذلك استحقّت الارضيين القيام مع
السماويين والنظر اليهم والاختلاط بتسابيحهم القايلين مبارك
هو الربّ الذى ارسل ابنه الذى من ضوء نوره واضاء فى
السيدة مرتمريم العذرى وولد منها ببيت لحم متجسّدا
واخذ صورة العبد له حجابًا وصار فى مرور ليعلّم الفقراء الغنا
ويجعله لهم عزاء من[e] المرور وشاح بالدوران فى الارض لايفاء
دية طالبيه بالثقة[f] والغنا وكما يليق بلاهوته
ليورى الغافلين من عباده ويرتعدون من اعمالهم

---

a) والشريفة b) Significatio cum Syr. ܥܕܕ, ܐܬܥܕܕ convenit. c) النعيم d) Pro أسباط dictum esse puto. e) و , ومن delevi et ad sequens ساح quod شاح scripsi, transtuli ubi in cod. deest. f) المثقة

deliciasque suas in similitudinem carnis qua circumdatus est finxit, et eis quos creavit aperuit quae ad utilitatem salutem redemptionem eorum spectarent, eosque gratia Spiritus Sancti Paracleti collustravit iisque sapientiam institutionem spiritalemque de unius divinitate scientiam inspiravit, cuius nec misericordia cogitari, nec laudes numerari, nec natura comprehendi, nec aeternitas intellegi potest, qui in luce throni sui superat eos quos creavit, qui summa et ima complectitur, cuius potentia efficit quidquid vult, qui omnia antequam fuerint, cognita habet, qui quidquid facit, sapienter instituit, et quos creavit, superat, eorumque prout merentur, miseretur, qui beneficia sua rogantibus gratis confert, qui cum facit aliquid, nec lassitudine laborat, nec meditatione eget, qui nec mutatur, nec augetur, nec minuitur, quem rogamus, ut misericordiae suae portas nobis aperiat ad suscipiendas preces nostras iucundumque thuris odorem congregationis nostrae ante splendentem maiestatis suae thronum, et filios ecclesiae suae certantes faciat cum angelis suis coelestibus, qui tubas inflant et laudantes coram eo stant, serie, ordine, statione distincti et suavi voce dicunt: sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus Sabaoth. Pulcra est institutio principum, sacerdotum, ministrorum, quos ad gloriam et praeclarum suum ministerium elegit, qui a reliquo coetu accipiunt, e quibus sunt divites, qui

سويًّا[a] احتجب به وخاطب خلقه بما لهم فيه من المنفعة والرشد والخلاص واشرق عليهم نعمة روح القدس البارقليط فافاخهم الحكمة والهداية والمعرفة الروحانية للاهوت الواحد الذى لا تدرك رحمته ولا تحصا تسبحته ولا تخفض ذاته ولا تعرف ازليته العالى على خلايقه فى نور عرشه المحيط بعلو العلو واسفل الاسفل النافذ قدرته فيما يريد العالم بما يكون قبل كونه والحكم لما يصنع العالى على خلقه والرحوم لهم بحسب استحقاقهم المنعم عليهم بتفضّله عند طلبتهم الصانع الاشياء بلا فائدة ولا فكر ولا انتقال ولا زيادة فيه ولا نقصان الذى نسأله أن يفتح لنا ابواب رحمته لقبول صلواتنا وروايح طيب البخور من جماعتنا قدام كرسى عظمته المنير وان يجعل اولاد كنيسته مُشاهين ملايكته السماويين الصارخين بالابواق القيام بين يديه بالتسابيح صفوف واشكال ومنازل باصوات بهجة قايلين قدوس قدوس قدوس الربّ الصاباووت ان يحسن تدبير الروساء والكهنة والخدام الذين

---

a) Sur. 19, 18. Quaeritur, quid sibi velit vox سوى, quae in Qorano cum alias, tum Sur. 19, 11 legitur, ubi a Baidhavio سوى الخلق explicatur i. e. 'pariter ac reliqui formatus'. Eadem vocis vis Hamas. pag. ٣١٨ v. 2 schol. lin. 4 reperitur: فلو انّها نَفْسٌ تموت سويةً 'utinam is essem, qui caeterorum hominum more e vita excederem'. Versiculus est e Div. Imru-l-Qaisi ed. de Slane pag. ٣٥ v. 1, ubi pro سوية legitur جميعة. Neminem autem fugit illud S. Pauli ad Rom. III, 3 ἐν ὁμοιώματι σαρκός.

Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Dei unius, in eoque confido nitorque.

Haec est historia immaculatae dominae Mariae, matris lucis, cum ex hoc mundo ad regnum coelorum migraret, sibi credentibusque paratum, et quae isto tempore miracula perpetraverit, et quomodo dominus noster Iesus Christus ei una cum angelis suis et omnibus prophetis apostolisque apparuerit. Deprecatio eius in nobis omnibus maneat. Amen. Retulit eam Ioannes, filius Zebedaei, evangelista, qui de divinitate disseruit, cuius preces omnes filios filiorum baptismi servent. Amen.

Dixit Ioannes, filius Zebedaei, apostolus in capite primo: salus domino, qui filium suum dilectum volens lubensque in mundum misit, ut eos redimeret, lucemque splendidam in utero virginis paravit, ex eaque amorem

بسم الاب والابن والروح القدس الاله الواحد وبه ثقتى وعليه اعتمادى

هذه قصّة السيّدة السيّدة الطاهرة مريم ام النور عند نقلتها من هذا العالم الى ملكوت السماء المعدّة لها وللمومنين وما اظهرت فى ذلك الوقت من العجايب وكيف كان ظهور سيّدنا يسوع المسيح لها مع ملايكته وساير انبياه ورسله شفاعتها تكون حالّة[a] علينا اجمعين امين حكاية عن يوحنّا ابن زبدى الانجيلى المتكلم فى اللاهوت صلاته تحفظ ساير اولاد بنى المعموديّة امين

قال يوحنّا ابن زبدى الرسول فى السفر الاوّل سلام الربّ الذى ارسل ابنه الحبيب الى العالم بمشيته ومحبّته لخلاصهم[b] واجتاز[c] نورًا شرّاقة فى احشا العذرى وكوّن منها ارادته ومسرّته بشرًا

a) حاللة b) Supers. ها pro هم c) Sicut اجاز pro اجهز dicitur, ita اجتاز pro اجتهز dictum esse coniicio.

اخبار يوحنّا السليح

في نقلة امّ المسيح

ID EST

IOANNIS APOSTOLI DE TRANSITU BEATAE MARIAE VIRGINIS LIBER.

eam mihi legem scripsi, ut et singula non nimis verba premens, ab eis quoque qui Arabica non callent, intellegerer, nec liberius versatus quae mea essent, scriptori obtruderem. Quod num praestiterim, et ita ut volui praestiterim, aliorum id aequitati diiudicandum relinquo.

Scripsi Bonnae ante diem V. Cal. Nov. MDCCCLIV.

فارعة, tum praecipue in vocabulorum initio omisit, velut: وسقوني pro واسقوني 20, 8; وغتمبيت pro واغتمبيت 22, 12; وتصل pro واتّصل 96, 9 cet. Deest etiam Aliph accusativi saepissime, ut haud satis scias, num nominativum pro accusativo adhibuerit, quemadmodum accusativum pro nominativo posuit 22, 9 cet. Nec in genere quidem distinguendo satis accuratus est 6 cet. Sed haec lecturos monuisse sat est. Corrigenda vero et emendanda haec fere sunt: 15, 1 *simul-atque*; 28, 12 تحيا; 32, 6 واخبارك; 32, 18 lege احتاجوا cf. 42, 15; 33, 9 dele *et* ante *ut*; 34, 9 وجحدوا; 34 extr. يوحّنا; 55, 8 *eis*; 74, 18 ضحية; 74, 20 الربّ; 75, 8 adde *noxa* post *vel*; 78, 1 وابلبلباس; 78, 15 فقبلته; 80 extr. coniicio واما رحمتي; 87, 10 *basiliscum*; 90, 11 *nihil*; 94 extr. للخطاة; 97, 2 extr. *succurre*.

respexeris ad ea quae ego integrandae restituendaeque sententiae causa et addenda et mutanda esse censui, in aliis quoque rebus lapsos esse facile concedes. Quamobrem si ex me quaeras, quidnam de hoc libro existimem, respondebo: quod nuper de Sultano dixisse accepimus potentissimum Russiae imperatorem, verius id de hoc libro valere, qui si quisquam alius, similis est homini graviter aegrotanti ac prope deposito. De cuius plena absolutaque sanatione quamquam omnino desperatur, tamen medicinae atque adeo ferri ignisve usus non est prorsus repudiandus, dummodo duplex malum caveatur. Etenim et vitanda sunt omnia quae in vitae discrimen adducere aegrotum possint, ne eos imitere medicos, qui in vili, ut aiunt, corpore licere sibi omnia arbitrantur, nec omnis ideo praetermittenda curatio est, quod perfectae sanationis nulla spes relicta sit. Quod duplex malum ut caverem, et removere omnia quae intellegendo libro officerent, sedulo laboravi, nec ad severam castigati sermonis normam revocare ea institui, quae quamvis barbara, peregrina, vulgaria in hoc paullo saepius quam in reliquis libris, codicis constantissime tuetur auctoritas[a]. Interpretis vero cum fungerer officio,

a) E quibus inprimis commemoranda est scriptoris vel librarii in adhibenda litera Aliph parcimonia, quam cum alias, velut خزينة 20, 1 pro

est, etsi eodem die Byzantii in uno tantum sacello Mariae in Aegyptum fugam recoli solitam esse antiquissimum ecclesiae Constantinopolitanae calendarium testatur [a]. Et haec cur addiderit, latere neminem potest, quia hi libri eo maxime consilio editi sunt, ut diebus festis publice recitarentur [b].

Sed ne per Arabis quidem manus ab omni mutatione immunem hunc librum transisse opinor. Quam opinionem certissimam efficiunt non solum ipsius prooemii indoles Arabica et clarissima Qorani Sunnaeque [c] vestigia, sed etiam alia [d], quamquam nunc accuratius ea persequi non ausim. Dicendi autem genere multo deteriore quam in reliquis apocryphis Arabicis reperitur, usus est interpres, ut vel latinum [e] vocabulum admittere non dubitaret. Qua ex re nihil detrimenti illatum iri arbitror interpretationis antiquitati, quam ego reliquorum aetati fere supparem existimo. Nam istam sermonis barbariem etsi maximam partem ipsi tribuo interpreti, aliqua tamen ex parte deberi scribarum vitio si ex hoc uno codice concludo, vix vereor ne in levitatis reprehensionem incurram apud eos qui reputaverint, vulgo sic iudicari, ut graviora qui commiserint, eosdem deliquisse leviora suspicemur. Quos, si

---

a) Ed. Antonius Morcellius Romae MDCCLXXXVIII vol. I, 273.
b) Thilo XXXVIII. c) Pagg. 4 et 100. d) Pag. 58. e) Pag. 48.

licem Edessam urbem praedicaret, de Iesu Christi et Abgari amicitia loqui profecto non praetermisisset, si quid eiusmodi accepisset. Nec magis Iacobus Sarugensis[a], qui de legatione ad Christum missa loquitur, mentionem facit epistolarum. Quas etsi referre huius libri auctor opus non habebat, ignorare tamen non debuit prorsus, et ita ignorare, ut nullo pacto possit scriptas eas putasse.

Quae si recte videbor disputasse, duplex inde in hanc quaestionem fructus redundabit. Nam et deesse in Graecis totam hanc rem probabile est, quandoquidem Graecum hominem vel ignorasse Eusebium vel detrectasse eius auctoritatem vix crediderim; et additam esse a Syro interprete tanto facilius mihi persuaderi patior, quippe cuius maxime interesset, popularis sui Abgari laudes celebrare. Idem etiam de epilogo statuendum est, si quidem tales libri suapte natura ita sunt comparati, ut vel demere vel addere aliquid impune liceat. Nam quae ibi commemorata est VII ante Cal. Ian. sollemnitas, eam a Syris inprimis celebrari consuevisse S. Ephraemus[b] auctor

mater sapientium, quae ex ore filii eius vivo per discipulum eius benedicta est'. Quibus verbis si quid video, nihil aliud vult quam urbem istam felicem praedicare, quod a Iesu Christi discipulo, non ab alio doctrinam eius acceperit. a) Bibl. or. I, 318. b) Bibl. or. I, 140.

narrantur ab eis quae Eusebius[a] memoriae prodidit. Qui non solum literas illas, quarum unas easque Christo tribui vulgo solitas Gelasius olim damnavit, prorsus ignorat, sed nec de morbo, quo Abgarus a Christo sanari volebat, quidquam profert, quia etiam palam profitetur, mortui demum Christi quem nec vivum nosse nec praesentem vidisse se dolebat, ad Abgarum famam penetrasse per unum e septuaginta eius discipulis. Et binas quidem literas, quas Eusebius primus retulit, iam superiore aetate satis superque confutatas[b] esse video, et quae praeterea de Abgaro feruntur, quamquam non is sum qui omnem eis fidem derogare velim, tamen verum ut fatear, si ad severioris disciplinae praecepta perpendantur, vix aliud quidquam superfuturum arbitror, quam vixisse Abgarum quendam, Edessae regem, eundemque de religione Christiana bene meruisse. Reliqua vero omnia et a Graecis orta esse et sero inter Syros increbuisse ut statuam, gravissima me permovet S. Ephraemi[c] auctoritas. Qui cum fe-

---

a) Euseb. I, 13. b) Ellies du Pin bibl. nouvelle des auteurs eccl. tom. I, 1. c) In testamento eius haec solum leguntur:
ܛܘܒܝܟܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܥܡܪܬܘܢ ܒܗ̇ ܐܘܪܗܝ ܐܡܐ
ܕܚܟܝ̈ܡܐ ܕܡܢ ܦܘܡܗ ܚܝܐ ܕܒܪܐ ܐܬܒܪܟܬ
ܒܝܕ ܬܠܡܝܕܘܗܝ i. e. ‘beata sit urbs, quam habitatis, Edessa,

tirent, tamen pro suae quemque ecclesiae proprietate in uno eodemque argumento ita versatum esse, ut Romanae Melito, Ioannes Graecae potius ecclesiae indolem referret. Quae sententia et ponderis nonnihil acquirit ex comparatione quam Iustini cum Tryphone dialogum imitatus, inter Iesum Christum et reliquos prophetas instituit; et confirmatur eis quae Lambecius e codice Graeco [a] attulit [b], cum quibus si comparabis quae apud nostrum [c] leguntur, vix dubitabis quin haec, etsi aucta et amplificata, inde expressa sint. Nec vero hoc ita velim accipi, quasi ex ipsis Graecis librum Arabice redditum esse credam, cum satis luculenta vestigia supersint, quibus probabile fit, e Syriacis demum fluxisse huius libri interpretationem Arabicam. Quod cum alia me commonefaciunt [d], tum ea quae de Abgaro, Edessae regulo, apud Ioannem [e] valde diversa

---

a) Κοίμησις τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου Μαρίας, συγγραφεῖσα ὑπὸ Ἰακώβου τοῦ Ἀδελφοθέου. Ibid. 405. b) Παρεγενόμην ἐγὼ Ἰωάννης, τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἁρπάσαντός με διὰ νεφέλης ἀπὸ Ἐφέσου καὶ στήσαντός με ἐν τῷ τόπῳ, ἔνθα ἀπέκειτο ἡ Μήτηρ τοῦ Κυρίου· εἰσελθὼν δὲ πρὸς αὐτὴν, δοξάσας τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα, εἶπον· χαῖρε ὦ Μῆτερ τοῦ Κυρίου μου, ἡ γεννήσασα Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν· εὐφραίνου, ὅτι ἐν δόξῃ μεγάλῃ ἐξέρχῃ τοῦ βίου τούτου· καὶ ἐδόξασε τὸν Θεὸν ἡ ἁγία Μαρία, ὅτι ἦλθον ἐγὼ Ἰωάννης πρὸς αὐτήν. Ibid. 406. c) Pag. 33. d) C. TISCHENDORF DE EVANGELIORUM APOCRYPHORUM ORIGINE ET USU pag. 40, quibus adde quae pagg. 6 et 58 dixi. e) Pag. 23.

esset? cum esset multo magis consentaneum, necare eam et cremato corpore ex hominum delere memoria. Quamquam quae alter refert, sua non carent ratione ac prope eodem redeunt, si quidem in S. Polycarpi actis [a] legimus, Iudaeos praefectum urbis instigasse, ut trucidati martyris corpus comburendo deleret, ne Christiani reliquiis eius superstitiose abuterentur. Sed nolo amplius his immorari; nam ex eis quae dixi satis apparere arbitror, non tantam esse inter nostrum et Melitonis librum diversitatem, ut gravius liceat eos notare, qui confundere atque commiscere utrumque soliti, excusationis nonnihil inde quaerere poterant, quod suae uterque narrationis Ioannem esse auctorem voluit, quamquam recte Lambecius, Epiphanium presbyterum secutus [b] inter Melitonem et Ioannis librum primus distinxit. Quae quidem diversitas quod paullo fortasse fusius a nobis est demonstrata, ut singularum prope rerum, quas uterque enarravit, et originem et progressum investigaremus; id maxime egimus, ut probaremus, non pendere alterum ab altero, sed quamvis de summa rei omnino consen-

---

a) C. 17. b) *Περὶ δὲ τῆς κοιμήσεως αὐτῆς Ἰωάννης ὁ Θεσσαλονικεὺς πολυθρύλλητον ποιησάμενος λόγον, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπεσκίασεν· καὶ ἕτερος δὲ Ἰωάννης ἑαυτὸν Θεολόγον ἐπιχρώσας, τὸ τοῦ ψεύδους ἔγκλημα ἐφ' ἑαυτοῦ ἐπεσπάσατο.* Comment. de bibl. Vindob. lib. VIII, 404.

teneas, Edessenos ab anno Seleucidarum trecentesimo nono numerare Christi annos consuevisse[a].

Neque etiam ignoro, quod de ramo palmae coelitus misso Melito[b] refert, id a nostro partim praetermitti[c]. Similem autem ramum Setho, Adami filio, cum ad quaerendum oleum misericordiae a patre missus esset, ab angelo, paradisi custode, donatum esse, ex evangelio Nicodemi[d] notum est. Qui quidem ramus cum sit ex arbore vitae multasque habeat virtutes, hoc loco non tam tropaeum quam munimentum esse intellegitur contra perfidas Iudaeorum machinationes, qui de foedando comburendoque beatae virginis corpore cogitabant. Quam rem eos non solum deliberasse, sed etiam ut perficerent operam dedisse, ab utroque relatum est, qui non differunt nisi in enarranda perditissimi hominis qui lecticam eversurus erat, protervitate[e]. Nam quod viventi adhuc Mariae cum in hortum Gethsemane portaretur, intentatum esse scribit Ioannes, id mortuae demum cum funus efferetur accidisse dicit Melito. Et quod noster retulit, videtur esse verisimilius; nam quid, quaeso, Iudaeorum intererat, mortuam afficere contumelia, quam ne sensura quidem

a) Assem. bibl. or. I, 387 et 389. b) Mel. III et XV. c) Pag. 73. d) C. XIX. e) Mel. XII.

Christianorum mentibus satisfacturam esse opinor, cum is nihil aliud voluerit, nisi narrationi suae quaerere ornamenta et miraculorum copia legentium gratiam sibi conciliare. Id quod iam veteres operam dedisse e Dionysio Areopagita cognosci potest. Noster vero longius processit, ut novum incredulitatis suae specimen dedisse Thomam finxerit; idque pictores et statuarii cupide arripuerunt, qui cum beatae virginis mortem expresserunt, plerumque undecim tantum apostolis circumdatam eam repraesentant[a]. Quod autem in prooemio[b] dicit, decimo quinto die mensis Augusti anni Seleucidarum trecentesimi quadragesimi quinti e vita excessisse beatam virginem, id etsi primo adspectu falsissimum esse deprehenditur, tamen haud scio an levissima mutatione ita corrigi queat, ut quam proxime ad veritatem accedat. Nam in numeris cum alias, tum apud eos populos saepissime peccari constat, qui non vocabulis, sed siglis quibusdam ad eos designandos utuntur. Itaque si quem vocabulis noster scripsit numerum, eum siglis rescripseris: ܫܡܗ; erroris causam et medicinam simul repereris. Scribendum est enim ܫܣܗ, qui annus omnino convenit in aetatem eius, quam noster in epilogo[c] quinquaginta novem annorum fuisse dixit, dummodo probe

---

a) Molani de pict. sacr. c. 67. b) Pag. 10. c) Pag. 105.

quem Melitonis librum ante oculos habuisse dixi, vehementer pugnat, quippe qui altero iam post Christi mortem anno id accidisse dicentem eum fecerit. Quam quidem Bedae lectionem et Conradus[a] comprobat, et ego veriorem esse idcirco iudico, quia Melito in libro suo nusquam narrat, quemquam ex apostolis mortuum esse, id quod haud dubie fecisset, si vigesimo et altero anno mortem obisse eam scripsisset. Qui tantum aberat, ut quemquam ex eis mortuum esse cogitaret, ut cum beata virgo e vita excederet, eos suo quemque loco, evangelium propagasse referret.[b] Aliter vero nostri auctorem libelli ea de re statuisse vel ex eo apparet, quod sex apostolos tum iam obisse et ut morienti adessent et vita defunctae exsequias celebrarent, divina voluntate in vitam revocatos esse narravit. Quod quam verum sit, ut nolo ambitiosius scrutari, quippe e quo vix quidquam secuturum putem, quod ad virginis aetatem rectius definiendam aliquam vim habeat; ita neque aestuare neque stomachari cogito — errare enim, ut ait ille, humanum est — quod tam miram apostolorum sibi corraserit societatem, quam ego Muhammedanorum[c] potius quam

a) Diz stuont dar nach zwei jâr, | (daz sagent uns die buoch fur wâr) | daz diu maget vil reine | eines tages alterseine | in einer Kemenaten saz. L. I. pag. 167. b) C. V. c) Thilo pag. 152.

Iam vero postquam quae de beatae Mariae exitu feruntur, exeunte demum saeculo quarto orta et paullatim aucta esse probavi, oportet etiam ut de ipso mortis anno quaeram. Qua in re haud parva sententiarum cernitur diversitas, cum Evodius [a] ad quinquagesimum septimum, Hippolytus [b] Thebanus ad quinquagesimum nonum, Epiphanius [c] denique ad septuagesimum adeo alterum aetatis annum pervenisse eam dicant. Nec vero quae fuerit eius aetas cum Christus moreretur, ulla controversia est; omnes enim consentiunt, triennium apud suos eam fuisse, deinde ad templi ministerium receptam esse ibique cum vixisset usque ad decimum quintum vel decimum tertium aetatis annum duoque propter mensium ortum in Iosephi domo annos transegisset, Iesum Christum concepisse. A qua opinione Baidhavius [d] quoque non longe abest. Quibus quattuordecim annis cum et graviditatis tempus et quos Christus vixit, anni addentur, quadraginta octo efficientur, de quibus nunquam scio esse dubitatum. Sed post Christi necem quot annos vixerit, omnes fere inter se dissentiunt. Et Melito [e] quidem vigesimo altero post Christi mortem anno e vita excessisse eam scribit, quicum tamen Venerabilis Beda [f],

a) Apud Niceph. 2, 3. 21. b) Serm. de Deipar. c) Ibid. d) In Sur. XIX, 22. e) L. I. cap. III. f) Retractt. in act. c. VIII.

etsi a communi moriendi necessitate non exceperunt, tamen gloriosius magnificentiusque ex hac vita excessisse iudicarunt, praesertim cum nec de morte eius nec de sepulcri loco ullus ad eos nuntius pervenisset. Nam quae Iuvenalem, episcopum Hierosolymitanum, de beatae virginis sepulcro, *ἀρχαίᾳ τινὶ καὶ ἀληθεστάτῃ πάμπαν παραδόσει* accepisse, apud Ioannem Damascenum [a] legimus, ea nec Epiphanius nec qui terrae sanctae cognitione omnes facile superabat, Hieronymus commemorant. Quam quidem *παράδοσιν* si modestius auctor commendasset, plus habituram fuisse apud nos fidei, vix opus est, ut moneam. Quare non sine probabilitate statuo, quo tempore de transitu fama increbuit, eodem etiam de reperto eius sepulcro inter homines sermones seri coeptos esse. Quod autem in valle Iosaphat potissimum conditam sepultamque eam esse perhibent, id ex eo explicandum est, quod ubi Iesus Christus a mortuis resurrexerit, ibi etiam reliquos ad vitam redituros esse, vetus vulgarisque persuasio est. Accedit huc, quod cum alias, tum hac in re ad filii similitudinem conformare matris mortem voluit antiquitas. Nam et antequam moritur, graviter dolet et angitur [b], et perinde ac Christus, tertio post mortem die ad vitam resurgit.

---

a) Ed. Par. 1712 tom. II, 879, cf. Niceph. XIV, 47. *b*) Pag. 37; Luc. 22, 41.

prodit. Quam sententiam cum non e veterum memoria, sed e sola librorum sacrorum auctoritate[a] explicaverit; consequitur, ut quaecunque de beatae virginis exitu feruntur, ea et exeunte saeculo quarto orta et paullatim aucta et amplificata esse tuto statuas. Ut Oudinus[b], cum negaret de assumptione auditum esse quidquam ante Chalcedonense concilium, dummodo assumptionis vocabulum non nimis premas, paullo fortasse iudicaret inconsideratius.

Nec mirabile esse id cuiquam poterit. Etenim postquam de divinitate Iesu Christi dubitari coeptum est ab Ario, et qui insecuti sunt Nestorii in eius matrem conatus praecipi cogitatione potuerunt, homines ad ea quae antea minus curabant, conversi, labantem beatae virginis gloriam sustinere instituerunt. Unde originem habuerunt isti libri apocryphi quorum etsi a Gelasio infracta est auctoritas, usus tamen prohiberi non potuit, quia hominum animi cupidiores sunt novitatis quam veritatis. Quo factum est, ut cum ista superstitionis semina latius spargi radicesque agere coepissent, ea in suum quoque usum convertere non dubitarent probati ceteroquin scriptores, qui quam et ipsius Dei genitricem et ab omni peccati macula liberam venerabantur, eam

a) Apoc. 12, 10 de Maria explicat. b) I, 1271.

Ioannem eamque erat, familiaritate ita abuterentur, ut libidinis causa mulieres apud se detinerent idque licere sibi existimarent. Contra quos Epiphanius [a] contendit, eam apud Ioannem, quamdiu Hierosolymis esset, habitasse, nec tamen cum is ad obeundum munus apostolicum Asiam peragraret, cum eo abisse. Nec vero silentio transeundum est, ut antea de beatae Mariae ortu atque parentibus, ita exeunte saeculo quarto de vita eius et morte comminisci multa ac delirare coepisse hominum curiositatem, quorum alii martyrium eam subisse, ex evangelio [b] probare periclitabantur, alii divinitatem tribuere et sacrificia offerre ei non erubescebant [c]. Cuius rei satis luculenta in Qorano [d] vestigia etiamnum reperiuntur. Quae omnia Epiphanius ita confutavit, ut etiamsi certi nihil de exitu Mariae proferre ausus est, tamen Eliae instar in coelum escendisse eam, persuasum sibi habuisse videatur. Qui quamvis distincte dixerit: τὸ δὲ τέλος γὰρ αὐτῆς οὐδεὶς ἔγνω [e], tamen non solum dubitare se de eius morte fatetur [f], sed etiam comparatione inter eam et Eliam instituta [g], quid ipse senserit, aliquo modo

---

a) Epiph. haer. 78. *b*) Luc. 2, 35. *c*) Haer. 79. *d*) His enim Collyridianorum commentis explicari et Sur. IV, 169 et quae Baidhavius aliique ad h. l. disputarunt, Marracii non fugit sagacitatem. *e*) Ed. Col. 1055. *f*) Ibid. 1048. *g*) Ibid.

habeant, Ioannem, quem Ephesi episcopum fuisse constans fama est, ut Christi morientis mandato obtemperaret, eam et semper apud se habuisse nec dimisisse a se unquam; id quod tanquam extra omnem dubitationem collocatum patres Ephesini non dedita opera, sed quasi praetereundo commemorarunt [a]. Et hunc quidem utriusque a vulgari opinione discessum unde potissimum originem traxisse dicamus? Num eam sequamur rationem quam noster [b] suppeditat, beatam scilicet virginem idcirco Hierosolymis mansisse, ut meditari precarique sibi liceret eis locis, quae Iesus Christus doctrinae praedicatione, miraculorum splendore, dolorum passione, crucis denique supplicio et resurrectionis gloria illustravit? Speciosa haec quidem, haud diffiteor, ratio est, sed non tanta, propter quam veteres ab evangelii auctoritate recessisse existimem. Itaque paullo reconditiorem huius rei causam reperisse mihi videor. Exstiterunt enim exeunte saeculo post Christum natum quarto homines, qui beatam Mariam virginitatis gloria spoliare ausi, non solum eam postquam Iesum Christum peperisset, cum Iosepho rem habuisse dictitarent, sed etiam quae inter

---

a) Mansi tom. IV col. 1242 (vel potius 1142, nam errore typographi columnam 999 excipit columna 1000) ἐν τῇ Ἐφεσίων, ἔνθα ὁ θεολόγος Ἰωάννης καὶ ἡ θεοτόκος παρθένος ἡ ἁγία Μαρία.

b) Pag. 19.

Leucium quendam, qui non solum de apostolorum actis, sed etiam de beatae Mariae transitu multa impia ac falsa scripsisset, edidisse se declarat. Qui quae retulit, quomodo ex ipsius Ioannis theologi ore accepisse se gloriari possit, equidem non intellego; nam si vel longissimam utrique vitam dederis, id tantum efficies, ut puerulus prope infans Melito Ioannem in extrema senectute constitutum videre potuerit. Et cur Sardensis ecclesiae antistitem scripsisse ad Laodicenos nullo neque iuris neque officii vinculo secum coniunctos arbitremur? Itaque dubitandum non est, quin sive errore ex similitudine orto, sive fraude ut e nominis claritate maior libro conciliaretur auctoritas, commutatus sit Melito cum Mellito, episcopo Laodiceno, qui passionem S. Ioannis evangelistae perscripsit[a]. Sed mitto haec et eo me potius convertam, ut quae inter Ioannis atque Melitonis librum ratio intercedat, ostendam. Nam Melito ut in summa rei cum nostro conspirat, ita in singulis diversus est. Ex quibus illud inprimis memoria dignum est, quod beatam virginem, Christo mortuo, non Ephesi, sed Hierosolymis vixisse, in utroque proditum est, cum tamen veteres, evangelii[b] auctoritate ducti, id sibi persuasum

---

litonem secutus est, etsi nomen non indicavit, quod alteri in Miltonem corruperunt. *a*) Fabricii cod. apocr. III, 604. *b*) Io. 19, 27.

lis similitudine et cognatione quadam argumenti continentur.

Ac primum quidem satis constat, antiquitus iam exstitisse librum, qui appellatus est transitus sanctae Mariae [a], quem una cum reliquis apocryphis Gelasius, Pontifex Maximus anno CCCCXCIV in concilio Romano damnavit [b]. Qui liber etsi ante Gelasium nusquam quod equidem sciam memoratus est — nam quae olim Hieronymo epistola, Augustino oratio tributa est, utramque ab aliis conscriptam esse, dudum exploratum est [c] — tamen post Gelasii aetatem saepius nominatur, et famam aliquam obtinuit. Fertur autem Melitonis, Sardensis episcopi nomine libellus de transitu virginis Mariae [d], quem contra

---

a) Quod Latini transitum, id Graeci κοίμησιν dixerunt, Bar. a. 48, XVII, ita ut Syrorum ܫܘܢܝܐ, Arabum نقلة cum Latinis conveniat.

b) Dist. XV c. 3.

c) Hier. tom. IX, ep. 10; Aug. serm. de Sanctis XXXV; Bar. ad a. 48, XVII.

d) Bibl. Max. Patr. tom. II, part. 2. pag. 212—216. Eum autem inter Melitonis libros non recenset Hieronymus de scriptt. eccl., etsi Trithemius abbas id facit ed. Francf. I, 192. Librum autem ante oculos habuit Beda Retractt. in act. c. VIII, et in versus compegit Conradus ab Heimesfurt, saeculi decimi tertii poeta, cuius carmen apud Haupt. Zeitschr. für deutsches Alterth. vol. VIII, 156—200 exstare me monuit vir praestantissimus Carolus Simrock. Quamquam is quae apud Melitonem desunt de Thomae post virginis mortem adventu addidit. Quae eadem desiderantur in Passionali veteri, cuius auctor Me-

manda: ex eis si quem ab oblivione vindicarem et alia paullo remittens studia interpretarer, omnes qui harum rerum studiosi essent, demeriturus mihi nonnihil videbar. Exstat autem hic liber in unico[a] quod sciam codice[b] Bibliothecae Bonnensis, nec titulo nec ullo sive aetatis sive auctoris indicio insignis. Quam quidem quaestionem hoc loco ita pertractare statui, ut quid nunc hac in re ad liquidum perduci posset, ostendere conarer. Nam quas in veteris novique testamenti libris difficultates gravissimas et haud scio an nunquam prorsus tollendas theologi non immerito queruntur, eae haereditate quasi propagatae videntur ad eos quoque libros, qui cum il-

a) Nisi forte quae ab Assem. bibl. or. tom. III, 287 memoratur 'historia Dormitionis et Assumptionis B. Mariae Virginis, Ioanni Evangelistae falso inscripta' eadem est. b) Est e legato A. Scholzii forma quarta min. continetque I. LIBRUM SYNTIPAE, quem Graece I. F. Boissonade anno MDCCCXXVIII Parisiis edidit, fol. 1—40 r.; II. CARMEN HARIRII ed. de Saçy pag. ٥٩٩—٦٠٠, fol. 40 v. — 41 r.; III. FABULARUM AESOPICARUM COLLECTIONEM, fol. 42 r. — 64 r.; IV. LIBRUM DE TRANSITU fol. 65 v. — 98 v.; V. CARMINA DUO fol. 95 r. — 103 v.; quae omnia ab eadem manu, scilicet crassa illa et neglegente profecta sunt. Codicem recentioris esse aetatis et scriptura prodit et testantur quae fol. 64 r. extr. leguntur: تمّت النسخة على يد فقير اعزّ شانه عبده يوسف ولد خليل حنّا في سنه ١٨٠١ كانون الثاني ٢٤

PRÆFATIO.

Biennium est et quod excedit, ex quo hic libellus ad meam notitiam venit, quem quominus tunc accuratius examinarem, et aliarum rerum urgens necessitas et etiam ipsa, ut libere fatear, codicis legendi difficultas literarumque neglegentia et squalor me prohibuerunt. Sed cum exeunte anno superiore de edendis aliquot libellis Arabicis, qui et Mohammedicam et Christianam pariter illustrarent theologiam, cogitarem, eorumque alios perquirerem, alios interpretarer, rursus mihi iste codex in memoriam rediit, quo attentius inspecto cum alios, tum unum ex eis contineri libellis animadverti, quibus edendis atque explicandis et superiore et hac nostra aetate haud mediocrem operam viri docti navaverunt. Qui libri, quos apocryphos solent appellare, etsi valde exiguam habent auctoritatem, tamen quia multum conferunt non solum ad theologiae Islamicae cognitionem, sed etiam ad ipsos sacros libros et artis apud Christianos monumenta sive melius explicanda sive rectius aesti-

FRANCISCO · KRATZ
IN · MARCODVRANO · NVPER
NVNC . COLONIENSI · GYMNASIO
PRAECEPTORI · SVPERIORI
PRAECLARO · AD · LITERAS
ORIENTALES · DVCI
ET ·· AMICO · IN · PRIMIS · CARO
PIETATIS · MONVMENTVM
EXSTARE · VOLVIT
MAXIMILIANVS · ENGER

TYPIS REGIIS ARABICIS BONNAE IMPRESSIT CAROLUS GEORGI.

اخبار يوحنّا السليح
فى نقلة امّ المسيح

ID EST

IOANNIS APOSTOLI
DE TRANSITU
BEATAE MARIAE VIRGINIS
LIBER.

EX RECENSIONE ET CUM INTERPRETATIONE

MAXIMILIANI ENGERI.

ELBERFELDAE
R. L. FRIDERICHS.
MDCCCLIV.